# PHILOLOGIÆ
# ΑΝΑΚΑΛΥΠΤΗΡΙΟΝ

*Oratione celebratum Inaugurali,*

Quam

*publicè habuit ad Oxonio-Mertonenses*

HENRICUS IACOBIUS;

Publicavit à Quindecennio H. Birkhead è Coll. Omn. Animar.

*Cum Appendice luculentâ.*

Ægyptii apud Plutarch. *Is. Osir.*

Γλῶσσα Τύχη, Γλῶσσα Δαίμων.

SENECA:

*Vita sine Literis Mors est, & Hominis vivi sepultura.*

Seld.
4° S. 1
Art. 2

OXONIÆ,
Excudebat H. HALL Academiæ Typographus. 1652.

For my honoured friend Mr John Selden,
from ye Author

*Stemati Claritudine, Morumque*
*Politurâ insignitissimo*

# D. GEORGIO FLETCHER

*Baronetto.*

CVm Indoles Tua (flos Iuvenum delibate) nobis pateret *Polymathiæ* & capax & cupida, item singularis Tuus in Minervam nostram affectus; diutinâ non fuit opus deliberatione, cuinâ præsens opusculũ Dedicatoriè sisteretur. Et Te dignum illud, & illo Tu. Nec potes (ut es ambifariam Humanus) dædaleum hocce specimen, [illegible] materiæ priùs haud sat enubilatæ limpidiusculum præconium blandissimo sinu non fovere. *Polycleti* liber exstabat olim inscriptus CANON (unde præcepta Statuariæ artis petebãtur) cum eleganti Statuâ relictâ, ut libri exemplo. Tu quoq; perge sis, ut cœpisti; atque cumulatis affatim Ingenii dotibus, evade tandem hujus Philologici *Canonis* exemplar amussitatũ. Quod voveo animitus

*Virtutum Tuarum cultor* H. I.

# Editoris Præfatio.

Pauca es mihi alloquendus, Candide Lector: ut, dum ego huic Orationi operam nave libenter obstetricium; tu, cognitâ occasione, ad lectionem paratior accedas & faventior. Gualterus de Mertonâ summus olim Angliæ Cancellarius & Præsul Roffensis, pace Angliæ reformatâ, (ut ipsius verba habent, quem Annales nostri memorant à partibus Regiis fideliter steriſſe in bello illo Aristocratico, quod nuncupamus vulgò Baronicum) Collegii à se denominati splendida jecit fundamenta, in Prudentiæ Munificentiæq; specimen felicissimum & nullo tempore caducum. Nam primò quam istud magnificum, quod D. Henricus Savillius Eques auratus & Collegii ejusdem Custos doctissimus in ore non semel habuit, Mertonense Collegium inter omnia per Europam regna extare antiquissimum, qua quidem opibus a primo Fundatore donatis sustentantur integris atque solis? In antiquissimâ Oxoniensium Academiâ duo tantùm antiquiora, Universitatense ac Baliolense: quorum illud ab Alfredo rege laudatissimo dotatum Normannica invasio penitus denudavit; istud bella Scoticana, nisi forsan arcis unica prædiolo superstite. Unde sustentantur, donationis est Mertonensis fundatione citeriores. Mertonensium facultates adhuc ab origine primâ stant luculenta, nec ullum admittunt munificæ laudis partiarium. Probabiliter nonnihil diminuta, sed ut inde dotationis primæ splendor æstimetur. Quippe Mertonenses deprehenduntur variis in regionibus, ubi prædia sua jacent, oppidò generosas & locupletes esse familias, quarum majores fuerunt ipsorum Coloni. Sed hoc parum est, præ quam quod sum dicturus. Gualterus ille idem Statutis eximiam Sanctimoniam, Charitatem, Sapientiam, Doctrinam testantibus (quorum particulæ ab institutore præsenti non aliena cõmunicabuntur) Collegii sui alumnos in perpetuũ composuit atque devinxit. Et iis non alienâ operâ, sed proprio Manu conscriptis; Stylo sic eleganter morato, ut sit repertu mirum in ætate illâ, quam barbara impolitiæ totam alias inundaverat: conferendum, immo præferendum multis exẽplari præsentis ætatis adminiculo gaudentibus. Adeo ut jã compendifaciamus admirationem, cur de Socio Grammatico ita diligenter caverit, ita prudenter prospexerit. Meritissimè igitur posteri nonnulli proposuerunt ipsum ut in Collegiali Fundatione, sic & in Statutaria præscriptione diligenter imitandum.

Verùm Socius ille Grammaticus (nescio quo fato, nisi forsan & Grammaticali) quamvis ita verbosè, hoc est heic operosè, curæ habitum a Fundatore; multa tamen pertulit Philosophici fastûs argumenta; sed non tã Grammatico, quàm ipsi Fundatori quidem injuria. Nam A. Christi 1284. post decennium à Fundatione solum (quando annus idem fuit & Collegio natalis, & emortualis Fundatori) Johannes Pechamus Archiepiscopus Cantuariensis (quem Fundator Patronum salutat ubiq; Statutorum, utpote Roffensis) Visitationem Collegii hujus peragere coactus, & cernens Grammatici socii directionem insuper haberi, ipse Ordinationem fecit menti Fundatoris consonam de Scholaribus librorum Grammaticalium promptuario consolandis; quos ibidem libros nominat ad illius ævi captum elegantiores. Din pòst, quasi mirâ quâdam absurditate Fatorum, hæc Grammatici functio nunquam vehementiùs affligebatur quàm sub Literis renascentibus. Nam quamprimum resloresc̃ere cœpit cum Græcismo Ciceronianismus, Henrico Octavo regnante, sub auspiciis Thomæ Mori Cancellarii politissimi: Philosophi quoq; stylum suum excolere discebant; & Latinis elegantiis assuefieri. Unde quasi totum Grammatici munus in floscul is Oratoriis, & castigatis loquendi formulis consisteret; Grammatici Socii electio cœpit apud Mertonenses omitti, tanquam supervacanei & nihil jam ultra Philosophum præstantis. At dum Philosophia polimen; simul augmentũ Grammatica cepit per Philologos & Criticos Antiquarios, maximè post Latinis Græcisq; literis adjectas Orientales. Quarum studia domi neglecta quum Oxonienses sagaciores in transmarinis regionibus florentissima observarent; ne laus hæc unica & propria deesset amplius Academiæ vernaculæ, de ipsarum cisfretatione procurandâ seriò agitare cœperunt apud Honoratissimum Cancellarium D. Gulielmum Herbertum Pembrochiæ Comitem. Nec temere laudem dixi propriam. Nam post Musarũ ædes Græcoladiâ translatas Oxoniã, erudita Linguæ ab hujus loci Genio promptum & in primis maturum experta sunt hospitium: quamvis aliquando haud usquequaq; diuturnum. Circiter annum 882. inter Alfredanos Professores erat Johannes Erigena Scotus; cujus in Græcis peritiam testatur libellus Grammaticus post Macrobium ex editione Pontani. Circiter annum 1520. Robertus Wakfeldus Theologiæ Doctor, R. Henrici Octavi sacellanus, & primus Ebraicæ linguæ Professor Regius, fuit (ut ex opusculis excusis in Publicæ Bibliothecæ censu occurrentibus liquet) præter Græcanicam

in

in Talmudicâ, Syrochaldaicâ & (quod mirum) Arabicâ literaturâ versatissimus, æqualis J. Reuchlini, & Aug. Justiniani Episcopi Nebiensis: aliquamdiu ante Clenardum, quem Epistolæ docent anno demum 1540. ex Hispaniâ in Mauritaniam solvisse ob Arabismi disciplinam. Comes autem ille pro innato suo erga omnigenam doctrinam amore non defuit agitantibus. Hinc inter alia Bibliothecam ex solis M. SS. Græcis constantem Baroccianam sumptu dapsili redemit, redemptam Oxoniensibus donavit. Dum agitantur ista, Author studiis & ætate florens ex Erpenii disciplinâ sit in Patriam redux; ubi Arabismi professio penes unicum Guilielmum Bedwellum stabat, eúmque tunc de memoriæ senili labe vehementer conquerentem. Quò facilius Comiti Pembrochiensi commendatus, obtinuit ab eodem literas ad Academiam non perfunctorie commendatitias: unde post gradum Academicum Probationarium Mertonensis evasit, jam tum Prælecturæ Philologicæ tacitè designatus. Hujus rei promotores fuêre V. V. C. C. C. Johannes Seldenus, Henricus Briggius, & Petrus Turnerus. Quâ Literarii otii oportunitate diu frui negavit lis de Patrimonio forensis in diu afflictam desinens valetudinem, inopinâ simul patroni Pembrochiensis morte afflictiorem. Adeo ut post annos aliquot reservatus patrocinio Successoris Cantuariensis propositæ Pembrochiensia urgentia: ac ab eo Mertonensium quoq; patrono ipsis iterũ commendatus, palã statim ac fermè unanimiter in Socii Grammatici (i. Philologi ex interpretationis jure Patronalis, & vera) locum circiter Centum annis (ut suprà monetur) vacantẽ eligebatur; cũ munere Prælectionis Philologicæ publice obeundæ unà imposito. Hoc factum recens (ut usu venit) non carnit aliquorum censuris, verùm quas facilè solabatur illud Alexandri M. præclarum apophthegma: Βασιλικὸν ἔργον, εὐεργετεῖν καὶ ἀκούειν κακῶς. Hoc pacto, Lugduno-Batavorum Professioni Honoratiæ (quam Scaliger olim primus, & II nunc Salmasius honestat) habuerunt Oxonienses, quod opponant; nisi quòd hoc plus operæ sit, & salarii minus; at honoris, vel saltem oneris tantundem. Nam reliquas Doctarum Linguarum Professiones explet omnes, in sua quamq; Lingua Technicâ traditione terminatas: hoc amplius, quòd usum simul uniuscujusq; Linguæ collatitium Critico & Antiquario modo pandere teneatur. Quin ut Lacedæmonii pro sanguinis multi sudorisq; victoriâ Gallum

*Gallum duntaxat gallinaceum, pro facili & Strategematicâ Bovem immolabant Marti: sic OEconomica laudis Hecatomba manet erectionem praelecturæ hujus Philologicæ, tot alias exsuperantes amplexu; utpote unius tantùm vocula dextrâ interpretatione constantem, non Peculii alienatione profusâ. Quæ etiam quò proximiùs Honoraria Lugdunobatavorum pariaretur, ex Patroni mente primâ non nisi quater in anno (nempe uniuscujusq; Termini, ut vocamus, principio) fuerat obeunda; Sed adeo diligenter, ut ad Collegii postmatum Typis publicis honestè mandari posset. Tametsi postea victus importunitate minùs rectè sentientium, ut populum evitaret Patronus, de Septimanatim obeundâ scisceba. Porrò quam in hâc arenâ Literaria ad Industriæ pabulum nervos Ingenii gnaviter exercuerit Author; indicio hujus exercitationis aliis operibus prævia declarat, exinde per omnia sibi constans. Donec post septennalem Praelegendi constantiam, Custodis tunc Mertonensis propriâ Authoritate, (qua quanta sit, ex hisce Statutorum Exerptis Lector ipse per se potest arbitrari) coactus fuit silere.*

*Post quod silentium & Macenatis orbitatem, tamen in contractissimâ re cõmenti abunde fuit animositatis usque sic retinentissimus: ut quasi potitus otio beato, multa bona frugis habeat sub manu vel digesta, vel saltem congesta. Quorum præcipua (prout ex familiari consuetudine vestis optimus ego sum, partim auribus, partim & oculatus) indicabo. Ea verò sunt hujusmodi.* Etymotechnia Catholica; *cui viam præmununt quatuor Diatribæ De Originibus Literarijs. Prima* De Ordine Alphabeti, *vel Literarum Artificiali: Secunda* De Transitu Alphabeti *vel inventione Literarum: Tertia* De Numero, Figurâ, Potestate & Divisione Literarum; *à duabus autem postremis* (Potestate & Divisione) *pendet Ordo Literarum Naturalis, & Etymotechniæ fundamentum: Quarta,* Geographistor Etymotechnicus. *Prima Diatribarum servatur ante septennium absoluta, sed brevi publicam lucem salutaturæ; ubi Lector curiosus aliquando præterquàm* Alphabetica Sententia *multa nova reperiet & pollicitationem Tituli sublimiora, & majora meo elogio. Expectanda est insuper abillo* Grammatica Ebræa, *quam tentavit adhuc Anglorum nemo; nec vulgari modo pertractata, sed uberrimè atq; Criticè: quatenus fieri Vossius* Latinam *concinnavit. Item* ΣΒΩ, *vel* Osiris inventus; *de Copiosis Originibus* Commentatio. Geographumena, *quorum leve specimen exhibetur*

in Appendice præsenti. Tum Chronologumena, in quibus prælucebunt antiquitates Assyriaca & Ægyptiaca: quas necesse habebat aggredi occasione secundæ Diatribæ, ut emendaretur Quæstio; An prima Literarum Inventio debeatur Ægyptiis, vel Syrophœnicibus. Inde PANCARPIA opus ex Artibus & Linguis miscellum, non nisi cum vitâ terminandũ, quare in multos diffundendum libros; quorũ quot capita, tot Diatribæ: Ubi Observata in plerosq; veteres Autores; quorũ tamen nonnullos edere separatim cogitat, quos inter post Sacros eminebit Æschylus. Demum in suæ ἀποκατάστασιν (quam ita diligenter heic suadet Sect. VII.) argumentum compluria habet in promptu etiam Excogitata Philosophica; nempe de novâ ratione circa Monoprotosyllogismum Dialecticum, Iridem semicirculariter figuratam, natalia Ventorum conceptacula &c. Sed præcipuum ac justum volumen erit Magnetologia tribus comprehensa libris, agentibus de Triplici motu Magnetico LAPIDALI, COELESTI, & ANIMALI. Quorum secundus integram repræsentabit instauratæ Astronomiæ Synopsin; nempe Systema Mundi Pythagoræum, vel Ecphanto-Philolaicum, à Nicolao Copernico restitutum & affectum, à nostro Jacobio constitutum & perfectum; idq; ex Magnetica Philosophia principiis, quam Copernicus ignorabat omnino; & D. Gilbertus ipse, licèt honorandus inventor, nec. rectè applicavit lib. VI. capite ultimo. Unde Josepho Scaligero De Anticipatione Æquinoctiorum solicito verè satisfacere nequibat, aliàs nimiùm censorio. Ut videre est in Epistolis, quas Pontanus habet notis ad Hueſium De Globis, Parte I. c. 2. & IV. c. 15. Quapropter haud optimè merentur de Literis Humanioribus, & tacitæ cogitationum flagello vapulant; qui genium innocentissimum, & tot tantaq; Publico usui futura molientem vel impedium, vel non expedient valentes. Nec Musomastiges excusabuntur nunc rebus ita factionatim dissilientibus; quandoquidem semper ubiq; constant

Commune Musæ generis Humani bonum.

Neque minimo fuit etiam cordolio; quòd cubiculi sui fores per absentiam effractæ haud sat humaniter, Bibliothecam ipsi carissimam prodiderint alienæ contrectationi. Cujus etiamsi pleraq; integra custodiuntur; tamen desiderat varia luculenta, quæ Domino optimè usuro restituenda cupiunt & sperant amici omnes. Majora dicere superfluo, Amici

*mici adhuc vivi auribus modestis parcendum ratus. Nec spero, dabitur vitio; quòd ipsi Authori author fui, ut excuderetur nimia quidem illa, sed gentilis (quam appellare solet) φιλεκτασία. Quicquid autem vel operæ vel olei quoq; in hâc editione procurandâ nunc insumpsi, debuisse me fateor nexui familiaritatis tum gratæ, tum fructuosæ. Nam plures inter beneficiarios partumeiæ hujus Minervæ (qua cum ætate usq; pro vetlior est) agnoscere me unum haud gravabor, post magnum Seldenum idem de ipso Juniore agnoscentem; Prolegomenis iteratis ad Syntagmata* Deûm Syrorum. *Vale.*

OXONIÆ *Aprilis* 12. 1652.

---

## ANNOTATIS *jungendum.*

Pag. 4. lin. 2, φιλόλογος.] Ita suscipimus accentuandum antepœnacutè; quod & alibi sapies in hâc Oratione facimus. Non pœnacutè φιλολόγος, quemadmodum conspicitur apud omnes omnium Authorum typis excusorum editiones etiam probatissimas: unde obnoxii Lexicographi ne latum ausint unguem discedere. Sed quare nos in contrariũ abimus, in promptu ratio est. Quòd sit haud *Nomen cum Verbo* compositum, ut θεολόγος, ἀστρολόγος de Deo vel rebus ad Deum, de Astris vel rebus ad Astra pertinentibus loquens & differtans: atqui *Nomen cum Nomine* compositum ἀμίκων. Inde φιλολόγος quidem est, de Amico vel rebus ad Amicitiam pertinentibus loquens; aut saltem ut ψευδολόγος falsa loquens, ita φιλολόγος amica loquens: verùm φιλόπονος denique fit ὁ φίλος τοῦ πόνου *amator polita Literatura.* Porrò cur non hîc admittatur, quod admittitur alibi? Quamvis enim comparent γεωπόνος, ἐργάτης circa terram & fruges laborans: tamen contrà φιλόπονος *amator laboris*, industrius, ὁ φίλος τοῦ πόνου. Nævus ita fuit exertim indecorus, neque Philologi recentiores nomini suo satis harmonicè, id est, accentum respondebant. Hinc dispicere est, quàm intutò credatur in omnibus vulgatæ Typographiæ; unde tamen alii suas *Orthotonias* ambitiosè procudunt. Præstabilius erit ab antiquis fontibus Tonicæ rei certiorem haurire doctrinam. Cui rei proximè publicabimus *Herodianum de Accentibus* veterem Grammaticũ, nec publicâ dum luce potitum; nec sine comitatu. Adjungentur *Strbliastes* Græcus in Aristophanis; *Lysistratam*, itidem ineditus: tum *Hephæstion De Metris* jam inventu rarissimus; quem Turnebus olim ex suo, nos ex alio dabimus Manuscripto: cum Notis præterea nostris omnes. EX-

# EXCERPTA

## *Statutorum Gualteri de Merton, qui fuit Fundator Collegii Mertonensis apud Oxon. Menſe Aug. Anno 1274.*

### *Pars Capitis primi.*

Domum quam Scholarium de Merton intitulari, ſeu nuncupari volui & mandavi, pro ſalute animæ Meæ & animarum D. * Henrici quondam Regis Angliæ nec non Germani ſui Richardi Romanorum Regis inclyti, & Hæredum ſuorum fundavi & ſtabilivi. * *Tertii*

### *Cap. 2. totum.*

Hanc igitur formam ſtatuo, (quam & in perpetuum obſervandam decerno) ut in ipſa domo, quæ Scholarium de Merton nuncupatur, perpetuò ſint Scholares literarum ſtudio deputatis qui Artium ſeu Philoſophiæ, Canonum ſeu Theologiæ ſtudio vacare tenebuntur.

Quorum pars major, Artium liberalium & Philoſophiæ ſtudio vacent; donec de ſui Cuſtodis & Sociorum arbitrio, tanquam in his laudabiliter profecti, ad ſtudium ſe transferant Theologiæ.

Quatuor autem vel quinque ex iſtis Superioris providentiâ, quos ipſe humiles & ad hoc aptos decreverit, in Jure Canonico licenter ſtudeant: cum quibus etiam ipſe Superior, ut Jura Civilia ad tempus audiant (quatenus expedire viderit) poterit deſpenſare.

Sit etiam in ipſâ * congregatione Grammaticus unus, qui ſtudio Grammaticæ totaliter vacet: ſibique de bonis domûs ipſius Librorum copia & alia neceſſaria miniſtrentur. Et eorum, qui ſtudio Grammaticæ fuerint applicati, curam habeat; & ad ipſum etiam Provectiores in dubiis ſuæ Facultatis habeant abſque rubore regreſſum. Sub cujus etiam magiſterio Scholares ipſi, de quibus & ubi expedire videbitur, pro ſuæ promptitudinis commodo, Latino fruantur eloquio, ſeu idomate regulari: & ipſe pro viribus ſingulos fideliter inſtruere teneatur. * *l. Societate, ut cap. 7, 14, 31, 32, 37.*

### *Cap. 11. totum.*

*Scholares* in cameris ſuis abſque ſtrepitu & abſque Sociorum impedimento converſentur: ſtudioque diligenter adhærentes, ſi qua proferant, eloquio fruantur Latino: circa hæc & ea, quæ artis Grammaticæ requirit directio, ſupradicti Magiſtri Grammaticæ directionem atque correctionem humiliter tolerantes.



Ad

Ad quorum (*sc. qui* sunt casti, pacifici, humiles, indigentes, ad studium habiles ac proficere volentes) cognitionem singulis, cum in dictâ Societate fuerint admittendi, sustentationis gratia in eâdem ad annum unum, utpote Probationis causâ, primùs concedatur.

*Cap.* 14.

Si autem eorum alicui ægritudo diuturna vel incurabilis (ut prædictum est) supervenerit; seu quis eorum Religionem intraverit; seu ad alicujus obsequium se transtulerit; beneficiumve uberius fuerit affecutus: vel ab ipsâ domo, animo studium deserendi, recesserit: seu in ipsâ Studere neglexerit, cesset omnino in ejus personâ exhibitio suprædicta.

Quod si publica turpitudinis nota eorum aliquem involverit, vel grave scandalum in ipsa domo per eorum aliquem fuerit suscitatum, vel adeo intolerabilis erga Magistrum aliosque Præpositos, aut impacificus erga socios seu jurgiorum excitator creber extiterit: dicta sibi sustentatio seu exhibitio omnino subtrahatur, & ipse a dictâ Congregatione penitus excludatur.

Hoc tamen adhibito moderamine circa Delicta, ut si de Perjurio, Sacrilegio, Furto seu Rapinâ, Homicidio, Adulterio vel alio lapsu Carnis, gravi percussione Socii vel (quod deterius est) Magistri per Testes idoneos, aut aliàs indubitatos coram dicto Superiore, (assidentibus sibi sex vel septem de Senioribus dictæ domûs) evidenter apparerat; &c.

*Cap.* 15. totum.

Si autem gravis dissentio inter eorum aliquos fuerit suborta, per suprædictos Præpositos Vicenarios & Decanos sedetur; si ipsi ad eam sedandam absque Superiore sufficiant. Sin autem, per ipsum Superiorem Domûs cum Septem vel Octo de Senioribus dictæ domûs ei assidentibus terminus dicto negotio imponatur. Et quod ipse Superior præfato modo dixerit ordinandum, firmiter observetur & excutioni absque contradictione aliquâ demandetur. Quod si pars alterutra hujus ordinationi parere neglexerit; à dictâ Societate pars rebellis, tanquam incorrigibilis, penitus excludatur.

*Cap.* 17. *De Electionibus.*

Loco autem alicujus deficientis Scholarium dictæ Domûs, vel ex causâ supra dictâ expulsi debebit alius continuò subrogari; in quem videlicet Custos dictæ Domûs unà cum Tredecim Senioribus de ipsis Scholaribus poterint concordare. Aut si illos discordare contigerit; in loco alterius assumetur, in quem Custos dictæ Domûs unà cum sex Senioribus dictorum Tredecim duxerit concordandum &c.

*Cap.* 23. *Pro Cistâ Œconomiæ, & de Compute Custodis.*

Custos etiam ipse de suâ administratione; & de his, quæ de bonis dictæ Domûs ad manus suas devenerint coram dicto Seniore seu Vicecustode & aliis

quinque

quinque prædictis (sc. de discretioribus dictæ Domûs ad hoc assignandis) annis tenebitur singulis reddere rationem.

*Cap. 24. Visitatio Custodis & OEconomorum annua.*

Custos ipse, ad denunciationem dicti Senioris & Scholarium, omnes Maneriorum & Possessionum suarum OEconomos atque Fratres, in ipsis manerijs & locis commorantes semel in anno, ad aliquod Maneriorum seu locorum suorum, die certo faciat convenire. Ad quem diem & locum veniat ipse Custos atque dictus Senior, & decem vel octo Scholares de maturioribus domus ipsius, causâ Visitationis Custodis, & fratrum seu OEconomorum. — Ubi OEconomi & Ballivi in signum renunciationis Officiorum claves in manus ipsius Custodis in præsentiâ dicti Senioris resignabunt. — Ac deinde per dictos Seniorem & Scholares de vitâ, conversatione, & moribus Custodis, OEconomorum & fratrum, nec non excessibus eorundem diligentiùs inquiratur. — Delinquentibus Ballivis perpensò vel ad tempus interdicatur; aut pœna alia, quæ digna visa sit Præsidenti, acriter puniantur. Qui autem præsentes inventi fuerint & fideles; ex novâ commissione Custodis de consensu Scholarium sibi assidentium in pristinis administrationibus tolerari poterint, aut præferri &c.

*Cap. 32.*

*Custodis dilapidatio per negligentiam vel inadvertentiam Patroni denuncianda est* per duos vel tres de dictâ Congregatione summariè & de plano absque judiciali strepitu; quum bona dictæ Domûs heibus desertivè noscuntur.

*Cap. 36.*

— Si quas Observantias, vel statuta salubria & honesta per Custodem & decem vel octo Seniores & discretiores dictæ domus de pericrorum consilio ad utilitatem & conservationem Institutionis præsentis in posterum provideri contigerit; eas, omnes & singuli de ipsâ Domo futuris temporibus observare absque contradictionis obstaculo teneantur. Modò forma Collegii *servetur inviolata* Cap. 2. *descripta.*

*Cap. 40.*

— Cæterùm quum successionem (quæ meis Hæredibus seu Parentelæ meæ secundum Regni consuetudinem in meis Feodalibus debebatur) in hanc Eleemosynam (Deo inspectore) commutaverim, ut supra dictum est: Volo & statuo, ut, si Parvuli aliqui de Parentelâ prædictâ suis orbati parentibus, aut aliàs pro utilitate parentum suorum sustentatione careant, dum ib Puerilibus rudimentis primitùs instruantur: Tunc Custos ipse eos, usque ad Tresdecim numero, eruditi faciat in Domo prædictâ; donec in Scholis proficere possint (si ad hoc habiles inveniantur) & de illis, in Subrogationem Scholarium supernis expressam, sumantur; qui ad hoc habiles reperientur & idonei.

Hæres-

# Orationis Argumentum.


I *Exordium.*

II *Philologia quid, & ut Grammatica collata.* pag. 3.

III *De primâ Grammatica parte* Technicâ; *quo refertur* Etymologia separata, *ejusdemq; largior expositio & defensio.* pag. 7.

IV *De secundâ,* Exegeticâ; *sub quâ cadunt* Historiæ. *Ubi Elogium* Polyglossiæ, *& exactior adhuc Philologia constitutio.* pag. 13.

V *De tertiâ,* Criticâ. pag. 16.

VI *Hortatio ad Philologiæ tam copiosæ studium.* pag. 22.

VII *De* Philologosophiâ, *id est Philologiâ Philosophiæ jungendâ.* pag. 26.

VII *Utilitas Philologiæ.* τὸ χρήσιμον. pag 30.

IX *Honor Philologiæ.* τὸ καλὸν. pag. 32.

X *Delectatio Philologiæ.* τὸ ἡδύ. pag. 33.

XI *Objectio de vanâ varietate Philologiæ refellitur.* pag. 34.

XII *Objectio de Logicâ præferendâ removetur.* pag. 36.

XIII *Objectio de Difficultate Philologiæ tollitur.* pag. 38.

XIV *Invitatio ad Philologicam Polymathiam ab opportunitate publicæ instructissimæ Bibliothecæ.* pag. 40.

XV *Eadem ad Mertonenses directa, à privatis nexibus.* pag. 43.

XVI *Collegii simul & præsentis Prælectura Patronus honorificè compellatur.* pag. 44.

XVII *Peroratio brevicula.* pag. 45.


HENR:

# HENRICI IACOBI ORATIO INAVGVRALIS,

*SUB ADITU*

Prælectionis Philologicæ publicè habita apud Collegium OXONIO-Mertonense IV. *Aug.* clɔ. lɔc. xxxvi.

BOnum factum, Academici Quirites. A venerandis istiusce Collegii Palilibus hunc locum & omnigenæ scientiæ sacrum, & olim nobilissimis Philosophiæ ventilationibus personum publicâ nunc primulùm salutatione imbuit; alloquio exin occupabit solenni. Quis? Quæ? Illa comior ingenii palæstra, Rationis emblema, Studiorum Luna (tantum nomen accipere gliscitis, & habete) PHILOLOGIA. Verùm ut antiquitus perenne flu-

men tentabundo transituri vado, margineos la-
Hesiod. tices palmæ malluvio libabant, antequam pede
Ἔργων Β. illato vivum gurgitem proturbarent. Ejusdem rei quodam modo imitamen nobis quoque proponetur; & ante nos solido accinctos operi; pro honesto utilique fore auguror, addam nec pro ingrato; ut commendatitiâ promulside gustulum vobis faciam, & aures præcomponam elogio lustrali vaporatas. Cæteroquin hic labor vacat. Tibicinum fultura detur structuræ quassatiùs materiatæ; Naturæ opera novercæ pulchritudinem, quam non habent, asciscant sibi artis mangonio larvatam: stolida Gazarum cenotaphia ostentet ambitiosa paupertas. Secura de his triumphat Nostra, & meritis ditissima, & divitiis pulcherrima, & pulchritudine divinissima. Sed nec nimia mihi conanda sunt. Quippe videor Epibaterion
Pindar. hoc, & auspicialem ἐπιβατήριον persequuturus, non apud arctas & compressi pectoris animas; non apud cassos ἀμενηνὸς, tinctósve leviter semipaganos; sed aut imburos plenissimè intiméque horumce Orgiorum Epoptas; aut Iunonios Naturæ partus, magnorum & capaces & cupidos. Conveniatur itaque animo & corpore. Tu verò prodi sis Phi-

lologia, pulcherrima Philologia, & post Epithalamium tibi cantatum ab Africano stylo horridulum, præbe Nympha tandem ex molliore styli Nostri peplo vultus tuos amabiliter tuis conspicandos. Qualem te sistebas olim Mercurio placituram, qualis post sorbillatum Athanasiæ poculum stellatâ lectîcâ in cœlum ovans evehenda eras. Nunc, ut par tibi fiam Panegyrisles, in linguam meam ipsa illabere. ¶ Theuthes ille Ægyptiorum Hermes ter maximus (ita *Socrates* Platonicus fidem facit) primus sonos volatiles antea & caducos, tenacibus literarum impedivit notis, adeoque eos in solidiorem rerum naturam cooptavit. Hoc admirabile ac divinum repertum nulla non gens arripuit, arreptum excoluit. Adeo ut passim universa Eruditionis moles non alîâ magis nuncupatione constet, quàm Literatum. Quâ licet nec Græci carent, tamen splendidiore usi sunt vocabulo Philologiæ: unde illis οἱ ἀμφὶ λόγους, οἱ ἔκτὸς λόγων, *Literati, illiterati.* Sive quòd veteres Sophi scientiam vivæ vocis traduce familiari ad discipulam Posteritatem derivabant, non evagabundo Literarum depositô: sive propter finem atque usum, nempe εὐμετάδοτον sermonis commercium atque εὐφερῆ λόγου

*Mart. Capel. lib. I.*

II.

*Philebo, & Phædro.*

at. Et, ut modestia peperit nomen Philosophi, ita etiam φιλόλογος dicitur, qui aliàs λόγιος esset, ex epitheto Mercurii. Apud Pindarum sæpiùs λόγιοι καὶ ἀοιδοὶ prorsæ & versæ orationis artifices, quos alicubi & σοφιστὰς appellat Isthm. 5. Idem tamen Nemeorum octavâ odâ de eruditis & novis elegantiis universim ait, ἅπαντ' ἐν λέσχαις φθονεροῖς. Rectissimè. Nam quamvis Philologia strictiore sensu sub parte Grammaticæ Exegeticâ contineatur, ubi de Historiis tractatur: Latiore tamen ipsam Encyclopædiam totam exhaurit, cognominata etiam Polymathia. Metaphysica Hypomnemata (nec enim alia sunt) orditur Aristoteles ab hoc illecebroso effato; φύσει πάντες ὀρέγονται τοῦ εἰδέναι: *Omni homini innascitur amor sciendi*: Strabo rotundiùs lib. I. φιλοδήμων ὁ ἄνθρωπος. Quod Homerus dulci fabulamento signantissimè proposuit, (observante Tullio *lib.* v. *de Finibus*) Sirenas inducens Vlyssem inescaturas non suavitate, novitate, vel varietate cantandi, verùm solâ multisciæ disciplinæ sponsione.

Odyss. μ. Ἀλλ' ὅ τι τερψάμενος γε νεῖται, καὶ πλείονα εἰδώς

*Suaviter hincce redux habet, ut compluria callens.*

Adeò fascinum est verè Sirenicum καὶ πολυιδρσία.

De rebus præsentibus & oculorum aciem incurrentibus sumus φιλοθεάμονες: de absentibus & solâ mentis acie concipiendis φιλόλογοι. Vtrumque hoc felicissimè exprimit vox ἱστορία; unde Polyhistores, qui & Philologi. Latinis proprio nomine Humanitas indigitatur; quâ qui præditus, præ reliquis est quasi magis homo; & eos in tantum antestans, quantum pecudes plebeia inscitia. Supra quàm dici potest, feliciter: immò ipsa feliciùs Græcia; quæ suam Παιδίαν insignit ab ætate minorenni, & sub ferulis adhuc militante: Romani suam Humanitatem à perfectiore ætate & in rep: caput habente, quia adultam in capite Rationem. *Hujus n. Scientiæ cura & disciplina ex universis animantibus uni homini data est*, (inquit A. Gellius) *idcircòque appellata est*. Eam nobis vel inde commendatissimam exhibens. Quamvis semitam aliam notationis indagatricem inire possumus. *Romani* omnia, quæ existerent, universo ambitu designaturi, in res Divinas Humanasque dispertiri solebant. Vt illarum callentes absolutè *Divinos* aiebant, hoc est Vates atque Augures: ita harum, *Humanos*, hoc est, Doctos & Politicos. Non minoris cum laudis insinuatione. Dum re-

rum hominibus frequentatarum dives cognitio sic etiam constet: Qualem Homerus in aulico Phæace commendat Echeneo,

Odyss. 1 verſ. 157 Ὃς μύθοισι κέκασ᾽το, παλαιά τε πολλά τε εἰδώς,
*Multarum Veterûmq; inſtructus origine rerum.*

Nec otiosè *Veterum* copulatur. Nam Vetustatis arbitratio præter utilem curiositatem est etiam ex debito: Ne quo neglectu nos Antiquitatem excipimus ingrati, eandem à Posteritate mereamur talionem. Primi Doctores & Philosophi fuere Poetæ. Qualis intelligendus est Ἀοιδὸς *Cantor* ille, Odyss. cui Agamemnon expeditionis Trojanæ ergo abiturus obſervandam commisit uxorem Clytæmnestram. Postea ad pedestrem sermonem descendebatur. Qui prosaicè scripserunt, ex Strabonis indicio, *lib. I.* in Philosophiâ primus fuit Pherecydes Syrius, (hoc est, è Syra Insula) quem sequebā- Cycladum unâ tur Thales & *Physici* Philosophi, Parmenides, Empedocles, Xenophanes, aliique ante Socratem Ethicæ Philosophiæ parentem. In Philologiâ primus Hecatæus (Milesius, non ille junior Abderita) ante quem Cyri quidem ævo Theogoniam oratione solutâ scripsit Aristeas Proconnesius; verùm omissus à Strabone, quòd ut Poeta Suid.

magis

magis inclaruit ob Arimaspos Hyperboreos celeberrimo carmine descriptos. Hecataeum hunc excepterunt Herodotus, Ephorus, alii innumeri. Primus Criticorum veterum Aristoteles ille Stagirita, recentiorum Angelus Politianus Laurentio Vallæ præferendus. Hinc Erasmus, Vives, & inter alios Turnebus præceptor Iosephi Scaligeri, primi Linguas Orientales ad Crisin Latino-Græcanicam arcessentis. Iam ex tribus Grammaticæ partibus *Technica* cum *Exegeticâ* Philologicum corpus constituit, *Critica* v. animæ salillum. ¶ Quamvis autem Technica, ut prævia molitio, depressior esse videatur & habere nonnihil indolis Pedaneæ, illam tamen a Contemptu longè vindicat *Etymologia separata*; quæ sanè quid aliud est quàm *Philosophia Verborum*? Quam Theologi, Philosophi, Iurisconsulti, alii Realistæ accuratiores præstemunt suis argumentis, Aristotelico dicto audientes, quòd *Vocis cognitio sit ante cognitionem Rei tractanda*. Verùm in aliena cymba insciùs aliquando remigantes, censuræ Grammaticorum exponuntur, & confirmant parodiam hanc Virgilianam, experti quàm sit quoque

III.

*Felix, qui potuit* Vocum *cognoscere causas.*

Nedum

Nedum obſerves de humaniſſimis Philologis, qui alias inter Criticas inauditiunculas Etymologico hoc lenocinio dictionem ſuam curant ſubinde ſtalagmiatam. Sapientiſſimè Platoni in Cratylo, *Primus Nomenclator homo ſapientiſſimus* pronunciatur. Cui divinus Hippocrates præluxit *Libro de Arte*, Τὰ μὲν γὰρ Ὀνόματα, Φύσιος νομοθετήματά ἐστι, *Nomina ſunt Naturæ conſtitutiones*: In quem locum præclarè Mercurialis. Nam apta rebus nomina imponere nemo poteſt, niſi qui priùs earum naturas probè intellexerit; quod eſt ſummi Philoſophi. Nomenclatoriæ igitur Sapientiæ dexter interpres & decorticator Etymologus opus habet ſuppari ſapientiâ, cujus abſentia ſolet procudere tot Etymologiarum affanias apud συλλαβοπινυσιλαβητὰς (concinno Epigrammatiſtæ vocabulo) *Syllabarum blandos meræ palpatores*. Sunt aliæ tamen, quamvis duriuſculæ, aptitudine notionis & arcano idiotiſmo ſatis defenſæ; quas aliæ rependunt adeò claræ certæque, ut non Ἔτυμα, ſed Ἐτήτυμα dici mereantur: quam vocem Homerus faberrimè compoſuit duplicatam ex ἐτεὸν atque ἔτυμον. Plato videtur primus ex profeſſo Etymologiam tractâſſe in Cratylo ſuo:

Quæ

Quæ tamen ab omni memoria deprehenditur non fuisse neglectui, partim è Mosaicis Etymis Patriarcharum; partim ex Homero, apud quē Ὀδυσσεὺς *Vlysses*, neque non *Somniorum Portæ* suas habent Etymologicas allusiones. An Ars sit Etymologiæ, (quam eleganter ab ipsa Veritate nominarunt Græci) plerique dubitant; quia nulla dum publicè constituta sit. I. C. Scaliger De Causis Linguæ Latinæ cap. penultimo ut affirmare non potuit, ita prudenter negare non voluit; Scepticos hâc in re laudans, qui ex contrariis opinionibus neutram idcirco abdicabant, ne forsasse simul Veritatem ab alterutra parte necessatiò stantem. Nos affirmamus, & bono cum Deo tandem ostendemus in Opere magno, quod à multis annis molimur, *Etymotechniâ Catholicâ*, sive Polyglossica. Restat Hæc unicum amuletum Babylonicæ γλωσσου ξχυσιας: quæ quantumvis repentinâ, methodicâ tamen Linguæ fluxilitate conspirabundos Pyrgotectones discorditer sparsit. Haud aliter ac Protoplasto subitanea ingruebat Mortalitas; id est, certus ad Mortem ordo, quem in Posteris observat *Pathologia* & *Therapeutice*. Vnde non miscellam temerariam inducimus, (ut plures

Etymologaſtri) at Cognationem ſcanſilem, gradibuſq; conſtantem commiſſurariis ex certa ratione Additionis, Subſtractionis, Tranſpoſitionis, & Permutationis literariæ pro cujuſq; linguæ idiotiſmo certis exemplis comprobato. Ita Linguæ plures Etymologica hac Arte inter ſe plexiles mente valdiùs cohæreant: immò (quod aliis in Artibus, non fit) Errorheic gratiam habet ſuam, Paretymologiſmis Memoriam utcunque juvantibus. Quin nec omnia Vocabula, ſed pleraque vel quamplurima: nec omnes Linguas, ſed pleraſq; vel quam plurimas, & harum alias magis, alias minus quadrantes, in unam Artem ſatagimus compaginare. In multis ubi adhuc hæretur & caligatur, tamen cum Sophocle — ἄλλων ὕπο, ἢ ἀνώμοτον. Quòd ut ſæpe Nos alienam induſtriam, ſic & poſtera Noſtram anteverterit: certiſſimo argumento, Etymologicam quoque Veritatem Temporis eſſe filiam. Vt in rem præſentem deducamini; & remoto ſupparo, Inſtituti mens aperiatur: extra hujus Artis pomœria relinquuntur (ut ſanè nobis adhuc intractabiles) iſtæ Linguæ, *Hibernica* inter Britannos, *Veſtonica* inter Hiſpanos, *Hungarica* inter Germanos, *Libyca* montem

Atlanta

Atlanta habitantium, Africamque Australiorem, *Malabarica* Indorum Australium, cum paucis aliis; denique *Sinensis* Orientalissima. De qua ultima licèt spem deponimus, (quantum ex paucis ejusdem dictionibus ad nos derivatis adhuc fas præsagire) tamen studio hujus miro ducimur ante obitum cognoscendæ, ob eximiam solertiam Gentis & antiquitatem. Ptolemæus equidem primus nomen Sinarum usurpat, qui Græcis diutissimè prius innotuere sub aliis atque aliis nominibus personati. Quocirca summo nunc vitio vertendum est Europæis mercatoribus, qui in tam diutina Indicani commercii oportunitate nihil nobis reportarunt hucusque præter ignorabiles aliquot librorum characteres. Quæ intra cancellos Etymotechniæ Catholicæ admittuntur, & quas Etymologiæ nostræ Minerva penetravit, penetratas in plurimis conciliavit, Eccilia: Matrix *Ebræa*, (vel eadem Phœnicea) tum *Syrochaldæa*, *Arabica*, *Habassenica*, (vel eadem Æthiopo-Troglodytica) *Persica* (quæ in aula Mogorensi nunc etiam apud Indos dominatur, cui adjungimus *Armenicam*, & *Turcicam*) *Tatarica* (vel Sclavonica, olim Scythica, nonnullas hodie partes Europæ occupans

Bohemiam, Poloniam, Russiam vel Sarmatiã Europæam &c.) *Græca*, *Latina* (cum propaginibus hodiernis *Italicâ*, *Hispanica*, *Gallo-Francicâ*) *Germanica*, (ad quam referuntur *Anglo-Saxonica*, *Danica*, *Suedica*) demum *Cambro-Britannica*, residuum antiquæ Gallicæ. Subnectenda porrò jam istis esset *Coptiaca* residuum veteris Ægyptiacæ, quæ (quantum est ariolari vel ex pauxillis N. T. vocibus apud P. Victorem Cajetanum in Paradigmatis Tetraglosi appendice) ut plurimum trahat è Græcismo merenter ob colonias Græcorum sub rege Psammiticho primas, & sub imperio Macedonico numerosissimas; ita altero saltem dimidio gaudet suo, sed Syrophœnicismi cognato: cui rei quoque attestantur Ægyptiacæ voces in veterum scriptis relervatæ. Ni dolendum, si non & pudendum, in tanta vicinitate prorsus negligi linguam Gentis Europæos ob Disciplinas olim traditas adeò insigniter demeritæ. Occinetur vocabula omnia κατὰ Θέσιν ex incerto imponentis arbitrio, non κατὰ Φύσιν certâ Naturæ ratione constare. At quædam clarè sunt κατὰ Φύσιν, ut *Onomatopœiæ*. Ita ut σιγμὴ μελίσσης, & βόμβος σιδήρου siquis dicere sit ausus, Etymologici Solœcismi manifestus teneatur; nec

minore

minore dignus risu, quàm Scenicus ille pronuncians *O Cœlum* vultu manúque deorsum, *O Terra* iisdem sursum conjectis. Quin ubi non adeò clarè sunt τῇ Φύσει, tamen arcana quædam Ratio est, quam sæpius elicui: de quo aliàs. Ubi nulla dari potest impræsens ratio; vel sic *Voces*, si non ad tam pauca, quam *Res*, ad pauciſſima reducentur Principia: *Primitivis* pleriſque vulgatis in *Compoſita*, vel *Dirivativa* vaneſcentibus. Quod ſupereſt, ut hoc à nobis etiam ἐπιφώνημα Etymomaſtiges habeant: Rerum Naturalium, Divini opificii, cauſas neſcire minùs turpe eſt, quàm verborum, Humani, & Noſtri. Quapropter (ut βραχυσύμαθειαν dicam) Etymologia Philomuſis omnibus debet eſſe commendatiſſima; utpote Memoriæ fulcrum, Oratoriæ Proprietatis index, Mythologiæ clavis, Hiſtoriarum variantium conciliatrix, Vocum deperditarum recuperatrix. ¶ Exegetice ſecunda Grammaticæ pars complectitur Hiſtoricen ſub ratione poſſumi inſtrumenti. Nam docta Authorum noëmata, reconditæque & (Homericâ voce) πολύλλιτοι *longe petitæ* alluſiones ex Hiſtoriarum latifundiis copiosè ac fideliter eruuntur. Similiter eorum veſtigia enarranti ſunt rele-

*Ariſtot. Rhet.*

IV.

genda, atque ipsi præiverunt in componendo. Sed quoniam non tantum illustrior, sed & firmatior Exponendi vena est ultra simplicem & directam Historiæ indicationem etiam αυτοψίαν admittere locorum similium & contesserantium suffragia; sive cum segetē suppeditat idem author, aut ager alienus, idque in eadem lingua vel diversa: Inde enituit tota Polyglossiæ (cui Etymologiā luculenter inservire modo docuimus) gratia & necessitas quâ tanquâ Κοσμοπολίτης (*mundi Civibus*) nullū ingenii depositum exotica Literarum difficultas nobis obserabit ambientibus, & quæ deprecatur mentem nostram, ut ignoti ænigmatis monetam, in exterâ regione rejiculam. Cujus quoque studium (si per omnia ibitur sæcula) nunquam viguit magis quàm hâc ætate. Meritissimè: tum quòd nulla Lingua, nec Tellus, una omnium ferax: tum quia maximum sit veritatis vadimonium, consensus longè dissitorum: ubi nulla suspectio pacti aut imitationis. Hujus autem dexteritatis pervenit sensus ad barbaras mentes Musarum aliarum vel incapaces, vel incurias. Intelligo Turcas politissimæ olim Græciæ nunc incubatores, Scytharum posteros & veros & antiquissimos. Apud quos uncunque

cunque hactenus inhumanitatis nomine notabiles obtinet adagium istud vel humanissimum QVOT LINGVAS QVIS CALLET, TOT HOMINES VALET. Quod ob humanitatis commune pignus meretur à Musis etiam Europæis adoptari taliter: *Megiserus.*

Ἐς ὁ πολύγλωσσος τόσσον αἰπὺς ἀνὴρ.

*Est quotus in Linguis, instar tot quisq; virorum est.*

Doctissimi viri addubitarunt, sit Ars propriè Historica, necne: nec de nihilo. Methodum enim & Leges vendicat Dialectice, Ethice, vel Politice: Stylum ipsum Rhetorice, in genere præsertim Demonstrativo. Alias partes, alias. Ita ut nihil superesse videatur præter finem docendi discendique, & sic planè in ipsius Philologiæ aut Polymathiæ nomen incurrat. Historiæ vagantur per omnes tam res, quàm Personas, item Loca & Tempora: (unde vulgatum hoc *Chronologia Historiæ anima, oculus Geographia*) & tam universim quàm particulatim: tam miscellaneè, quàm ordine. Hinc fit ut Philologia pari gressu cum Philosophia per omnes Artes spatietur, nec contractiora admittat grassationis curiosæ repagula. Philosophia quidem τὸ Διότι persequitur, Causas rerum Intellectu: *Fonseca Prolegom: Metaphys:*

ctu: Philologia τὸ ὅτι, earundem Effecta sensu & experientiâ: quòd propriè est ἱστορεῖν. Ita iisdem in rebus descendendo sumus Philologi, qui Philosophi ascendendo; ut Theophrastus in *Historiâ Plantarum* philologatur, qui philosophatur *De Causis*. Quare ut Sensus Intellectui, sic Hæc Illi necessariò præmittenda requiritur. Ergò cum Musis Ovidianis ad Minervam:

*O, nisi Te virtus opera ad majora tulisset,*
*In partem ventura chori Tritonia nostri.*

V. ¶ Critice (nam diutiùs de illâ silere nec possumus, nec debemus) quare cuiquam ex Palladis Satellitio non faciat ad salivam, mirabor usque, Rideo albis dentibus, quoties video Criticum sub Momi aut Zoili, aut Lividi stigmate à Sciolis vapulantem. Ita belli isti confidunt elumbis unius Epigrammatis amuleto strenuè averruncari, atque abigi confestim posse omnem culpatorem; exemplo veterum pro foribus inscriptionum ΘΥΛΑΞΝ ΕΙΣΙΤΩ ΚΑΚΟΝ, aut *ARSE VORSE. Tantum non reos se clamant, qui deprecantur examen. Quasi Critice instar Tribunalis (cum quo nomen habet commune) non defensum eat, si quid rectè dixerint: aut quasi Critico quisquam

*Festus:

fortiùs

fortius militat pro bonis authoribus contra temporum injurias aut fraudes hominum. Instar Poetæ Criticus nascitur, non fit, & grande illud *Rex, & Poëta non quotannis nascitur*, ad Criticū æquo jure pertinet. Quando corpus grave ac terrenum Animæ involucrum tot agilitatis admirandæ speciminibus nobilitatur, uti discimus ex Hoplomachorum Petauristarum & Funambulonum spectaculis: oportet multo magis Animum Divinæ particulam auræ ad cognatæ Subtilitatis admirabilitatem emicare. Quapropter ut stupori sint verniles quædam Strophæ, sagata Serategemata, togata πολιτικὰ: ita sunt & minifica Studiosorum Inventa, inter quæ non ultimum locum habet Criticorum felix audacia. Ad quam illa Socratis Aristophanici verba fas est applicare, discipulum hebetiorem ad versutias exquisite hortantis:

Μὴ πῶ σεαυτὸν εἶλε πλὴν γνώμην ἔχειν.
Ἀλλ' αἰεὶ γάλα πλὴν φέρειν εἰς τὸν ἀέρα,
Ἀποδοὺς ὥσπερ Μιλήσιος, τῇ πλευρᾷ.
*Ne circinetur sic Tibi semper tua*
*Gyris brevibus angusta Cogitatio;*
*Sed liberum lætetur in cælum procul,*

*Fili sagacis pendulo moderamine:*
*Scarabæus ambo est ut puellares joci.*

Vtcunque Critica minimum sapit Grammatici; Celsior sagacitas illam ambit: de illâ hoc Pindaricum habe, Ναξίαν πέτεται ἐν ἄλλαις Χελιδὼν ἀγκύραις ἀκάτου. --- & meritò nonnullis visa est eminentior, quàm ut pars Grammaticæ censeri debeat, *à quâ discreta professio, & quæ liberrimo transcursu migrat in omnes disciplinas*: & quæ unicè satagit, ut artes (prout * Flamines olim Diales) nullâ parte nodum habeant. Vt aliquid ex Scripturâ aut idiotismo Linguæ notet: at etiam personas, & res considerat (quod est Historici) aut stylum, quod est Rhetoris: unde si quid superfluè insertum, tollit; inversum componit; mancum supplet, quà pote. Criticam artem plurimi statuunt; sunt, qui negant. Vt res componatur, Tot ejus species, quot artium. Vnaquæque ars de sè quidem judicare potest, sed non per sè; verùm ope Logices; cui debetur omne Veri judicium, & quæ omnium artium principia examinat, stabilitque; & quantum illis adhæretur, aut deviatur, definit. Quare neque Critice vulgariter appellitata artem propriè constituit: sed est vis Logica Grammaticæ,

* *A. Gell. X. 15.*

cæ, Rhetoricæ, Historicæque simul applicatæ. Quod verò anteriùs paulo de Linguarum cultâ multitudine, idem ferè, & de Critico labore pronunciandum: posse ævum nostrum non tantummodo omnibus retrò actis seculis opponi, verùm & præponi. Non quòd Antiquorum meritis detractum velimus: sed nec Naturæ, tanquam in nos nimium effœtæ. Multa quidem præclara à veteribus hâc in re præstita, verumamen tantæ industriæ nondum locus erat, dùm respublica Literaria insigniore nullâ clade publicitus adhuc potiretur. Periclitabantur sanè à Persis, sed intentatam cervicibus securim felicitèr eludebant. In tanta igitur salvorum exemplarium copiâ & pingui otio Stylum judicabant, nothos versus jugulabant, flosculos cerâ miniatâ denotabant. Post conditas Literas nemo reperietur à tam (propè dixerim) internecinâ vastitate aut operosiùs aut glorioſiùs renatas. Quasi in exemplũ Humanæ industriæ Fortuna nostros Criticos cum ipso sæpiùs Orco commisit depræliaturos: qui ut Alcestin ab Hercule restitutam aut ab Apolline Virbium, vitalitèr exsuscitant Authorum locos emortuales. Nam sicut ante natam Medicinam solummodò vulnerum hiulcas

aperturas ligabant, carnibus à suo sanguine in cicatricem conglutinandis; si quid erat intestinæ ægritudinis, si quid inclementioris fracturæ pro conclamato derelictum; quod asserit Prometheus Æschylæus Οὐ χειρὸς, οὐδὲ ποδὸς, ἀλλὰ φαρμάκων Χρείᾳ κατακλᾶσθαι·----

Sic prisco ævo (*nescio quomodo*) libri aut sospitabantur integri, aut toti interibant. Dissilientium chartarum fragmina, & lacunosè obliterata folia quisquiliatim jacebant: quasi abominantibus ostentare semilacerum authorem. Nunc tanquam Electri aut pretiosoris laminæ ramenta, corradimus & custodimus paginularum micas. Vsque ad industrii acuminis prodigium curatur calami labes, mentis oscitantia aut perversitas, Tinearum edacitas, Atramenti fugacitas, Papyri solubilitas, Ignium absumedo, Imbrium putredo, & omnibus elementis pestilentior indocta manus. Adde quòd in Scientiæ olim migratione ab una gente ad aliam nusquam publica cura incessit admittendi cum Eruditione pariter linguæ doctricis coloniam. Quasi prætextu res potius, quàm verba spectandi; sive erat arrogans & ingrata suppressio. Sic Ægyptii Chaldæos excepêre, sic Ægyptios

tios Græci. Paulò humanius Latini veteres, qui captivam Græciæ linguam pœne dominatione, saltem communi Quiritium jure dignabantur; & eò humaniùs, quo major ipsis facultas extinguendi, atque ex faucibus hominum elidendi. Aliter vetustiores, qui Punicam linguam insuper habebant, artes haud item: nam Senatus consulto curabant libros Carthaginenses Latialiter exponendos. Recentiores Latini majorum diligentiam oppidò transcendêrunt: qui post sermonem suum à Barbarâ inundatione tantùm non pessundatum, velut salubriter expergefacti (ut Gemma jacturæ proxima acriorem servandi curam imprimit, & inculcat) in mirabiles bonâ fide statim erupêre amores non tantum suæ antiquæ & (ita dicam) Penatis Linguæ; sed cujuslibet uspiam, quam ignoscant doctæ antiquitatis traducem. Quicunque generosis Musarum Orgiis initiantur, non jam Ennii fiunt; sed Enniani Geryones, ter tricordes. Inde nulla ætas flagrantiùs nostrâ concupivit archetypas veritates. Omnium Locorum anguli excutiuntur; Telluris subsidentia monumenta excipientis passim explorantur viscera ab istis Literariis metallicis; Lacerâ indulgentissimâ Critices

fasciâ

fascià involvuntur; Luxata recomponuntur, fomentantur: & quasi novitium emicuit Medicinæ genus, concurritur, incumbitur seriò huic operæ à Librariis Asclepiadis. Aut memorem heic agnoscamus Metempsychôsin; aut hæc conjecturarum Sibylla aureum possidet ramum: & ipsos authorum Manes sapit, tanquam consultos. Ite magnæ animæ: & mortalitatis labem, quam ab alieno defenditis, in vestro nunquam sentiatis.

VI. ¶ Vos quoque insiguiter capaces Animæ, sive quorum Virgo Horoscopon irradiavit, ut Siderales ἀστρολογοι autumant: sive quibus divinior aura vegetiores inhalavit animi igniculos, sivequos temperavit melioris Luti figulina, sive secundum Heraclici ænigma, qui ex mentis Scypho non libâstis aut pitissâstis, sed avidâ vosmet ipsos amystide proluistis: Adeste excelsius usque inevectæ, & Philologiam prensate abundè impleturam tractabilia Mentium vestrarum conceptacula. Ecce πανυπερτατον ὑψηλὸν ἐξωτελεσθη ἀφθονον. Illa arduæ indolis interminata prærogativa: Omnium illa linguarum, omnis Archæologiæ & Artium illis in linguis stabulantium deflorabunda perambulatio: Illa Æschylæum πανυπερτατον πυρὸς ἑλκος. Philoso-

phiam

phiam veteres Hortenſi ſolo contulêre, partem ſanè ipſius Phyſicam, Plantis; Ethicam, fructibus; Logicam verò ſepimento. At Philologia eſt Hortulanæ induſtriæ Genius ea omnia procurans & carpens: ἀπάσης Παιδείας λατόμη, καὶ πανὸς ὄπι Μουσῶν τε & Ἀπόλλωνος λειμῶνες ἔρυκα. Semper enim extitit decumantis venæ graſſabunda parens: in omnes authores inquirens, inquiſitos delibans, delibatis fruens. Ab exſucco amœniores haurit floſculos, ab obſcuro ſtricturas limpidas, ab hirſuto comptam politiem, à depravato fauſta emendationum trophæa.

*Hæc baccam conchæ raſiſſe, & ſtringere venas* *Perſ.*
*Ferventis Muſæ crudo de pulvere novit.*

Hæc, velut *Argo* πανμήλυσα quædam, ad omnes locos appellit inſigniores, abſoluto Studiorum periplo, aureum Panſophiæ vellus reportans. Tolle hanc Polymathiam, & ſcinditur illud intercurrens vinculum, quo omnes ſcientiæ connectuntur, ut Mente mundi, ſive unâ Naturæ conſenſione omnia: aut planè ut Magnetis arcana vis ſolutos adunat annos, & oſculabundi contactûs ſerie amicat. Argutè Galenus *Ideo*, ait, *à ſolerti naturâ certam nullam Homini artem aſſignari propriam* *Libri De uſu Part.*

*propriam; quia omnium capaci, omnibus instruendo.* At Philologia illud omne gaudet comprehendere, quod & φιλομαθὲς apprehendere. Quintilianus de hac literatura sub nomine Grammaticæ, *Tenuis à fronte, assumptis Poetarum & Historicorum viribus, pleno jam satis alveo fluit; tum præter rationem rectè loquendi propè omnium maximarum artium scientiam amplexa sit.* Nec aliter multò Suetonius de Illust. Grammat. c. 4. ubi vise Commentatores. Hæc est illa Philologia, quæ apud Martianum Capellam nubit Mercurio, Artium septem liberalium famulatu donata; & quam canit

*... doctâ TOTVM prævertere curâ.*

Id quod haud obscure subindicat Librorum dispositione; Nam extra ordinem Philosophiam tangit duobus primis: ubi Physicen atque Ethicen involvit sub specie quâdam Philologiæ; nempe per figmenta Numinum signanter adumbrata. Porrò quò diffusior ipsius usus deprehendatur, non in Profanis tantum sistit; puriori quoque Theologiæ ancillatur, & in sacri communionem adoptata est. Est & sacra Philologia, in lingua sancta gentis olim sanctissimæ, quæ nil mirandum si omnia sancta habebat; postquam

ipse

ipse Reip: status non Democraticus, Aristocraticus, aut Monarchicus (ut τῶν ἔξωθεν) verùm singulari quodam modo & indigitamento merè (ut à tribuli proditur Iosepho) erat Theocraticus, nempe per Δηλαδηθεῖον Pontificale. Itaque pro Musis & Apolline, & Mercurio addiscit illic ΘΕΟΥ ΑΓΝΩΣΤΟΥ aram venerari ΕΙΑΩ: & sensuum acumen ab illo expectare, qui est verissimus * ἐκπαγλότατος, atq; vernaculis verbis מלמד בהמות ארץ MALLEPHNV MIBBAHAMÓTH ARETS, *Commodefaciens Nos præ Bestiis terrenis*. Denique non in pauciora aut depletiora scientiarum armamentaria, quàm veteres, invitamur. Etenim si particularia quædam intercidêre; Generales artes evaserunt. Amissis quoq; ingentior repertorum sylva succrevit, & ut agnoscatur idem mundi olim ac Rerum in illo pator tamen antiquis externa (utpote Barbara) aut neglecta erant aut fabulosa. Pauciores quoque idcircò Linguæ quærebantur. Iam verò præter tot regna ac eventa annis citrà labentibus exorta quis linguarum numerus? Denique Orbi veteri paribus quidem penitiùs, quam olim, lustrato cogitemus adinventum Novum. Agite itaque, libeat encheo Mentis nisu exilire, &

Exod. 19. 6.

* Pindar. de Sole.

Job. 35. 11.

Pegaseo volatu Mundum pervadere universum: Omnia intellectu aut Re [illegible] exhaurire, Primas secundâsque permetimini Notiones: Contemplemini quod aut Natura genialiter procreavit, aut Ars utiliter extudit, aut Fortuna variabiliter objectavit: Denique quicquid usquam unquam More, Lege Sacro sanctum: Omnia Philologis ingeniis patent observanda, seligenda, usurpanda: quantumvis gestibundæ dictionis foram sufflaminet mihi & terminet series exinde dicendorum.

VII. ¶ Philologiam porrò illustrem Animi carbunculum non repudiat Philosophia, ut indignam, aut indignatur, ut injuriam, suæque provinciæ imminentem. Sed æquabili talione illa Huic venustatem impartitur, & nitorem; Hæc Illi vigorem & statumen. Nam quod lapidis libramen in pedibus volantium Grunn; quod sabura in Nave contra veli ventositatem; quod pampinatio in vite, ne fructus in umbras exspiret: id Philosophiæ castigatio est, ne Philologia semper afferret solummodo *dulci filiquâ senantes lapillos*. Contrà quoque hæc mutuas præstat vices. Capella hanc ait, *in ipsam Sophiam supellectilis multæ remuneratione largissimam*. Nam Psyche *siculis apud hanc*

expolita;

*expolitâ, ita ut si quid pulchritudinis ornatúsque gestaret, ex Philologiæ sibi cultibus arrogârit.* Hæc Artes (Aristotelico verbo) ἀναθεῖσαι, concinnat, & exhilarat: ut verè salutetur omniū Ἀφροδίτη καλή. Quare elegantèr ab eodem Capellâ fingitur triplici *Charitum* osculo, fronte, ore, & pectore signata. Anterioris seculi Philosophia vix attingenda videbatur, nisi habenti

Χλεῦάς γ' ἐκ θαλάσσης ἀναδυομένην ἰδέσθαι.

At postquam Diva altera vultus suos, velut ex mari emergens Venus, exeruit: horror ille magnam partem lævigatus est; ac ostensum, multum posse coloris admitti, & nihil de nervis amitti. Sapienti enim viro eloquutio summopere est necessaria: quia mens optimarum rerum fœcunda etiam extra ἀναθεῖσαν vim habet (aut habere debet) & alieno captui se attemperat. Verùm si qui pro elegantiis ducunt quoque nequitias, hi Scarabæi pronuncientur ἀφιλόλογοι. Id, quod Capella haud obscure innuit per calceos Philologiæ Papyraceos, *ne quid ejus membra pallucerent meretricium.* Quare optimo consilio faciunt qui ambas maritant ac vicissim colunt. Sol Philosophicus, & Luna Philologica stratâ curriculi vice universum Di-

sciplinarum orbem germanis radiis perlustrant & vegetant: Per omnia adeo conspirantes, ut (formulâ Nuptiali) *ubi ille Cajus, illa Caja.* Philologia siquidem & præparat Philosophum & postea exercet præparatum. Per illam aditus est ad Sophiæ Orgia præstructim moliendus: cui non operati, cum manuum illuvie atque κνησμοπροσωδίᾳ censeantur irrupisse, ceu effractis foribus quas non ritè pulsârunt, in primatûm Scientiarum atria. Nec miri quid, si invadens audacia non licat in tanto Auspicii prætermini neglectu. Sed nec deserit initiatum, manet usque, & junctarum est mellitissima Harmonia, sicut assæ vocis auxiliare lenocinium Organica fit admodulatio. Ut ἐπιῤῥιζοι erant Dioscuri: ita hæ sibi invicem succedant. Id Synesius (vir, cui merenti ipsa Prudentia suum nomen commodavit) sensit omninò, dum pulcherrimè docebat Philologiam esse præludia Philosophiæ, & diludia; sciscebat Philosophum debere in nullo esse opere erudito hospitem, sed post mentem sententioso pondere constipatam recurrere ad hæc amœniora diverticula Musarum reciprocis vicibus, quod lepidè vocat κιθαρίζειν Νιοβίδι: Si Aquilinus ille visus & supra

visum nostrum volatus miraculo fit: fit etiam Cygneus ille candor & canor oblectamento Fe-reus, per quem Cygno cuiquam nfaturabitur ultima cantilena: plumbeus, per quem Musæ. Philostratus ait priscam Sophisticen fuisse Rhetoricen Philosophantem: & Sophistas, non modò Rhetores claros, sed & Philosophos facundos, qui molliorem philosophiam elaborabant: neque Technica theoremata, neque Physica dogmata rigidè persequebantur: ita illi utriusque miscellam faciebant. Vt Homerus in exactâ Virginis formâ Lactis candorem cum Rosæ purpurismo contemperat, & Ferri mollitiem Scommatis acie bonus faber rapte corroborat: sic utili coagulo, dilutiores hæ Nymphæ austeriore Sapientiæ Baccho vegetentur in sapidissimum Triental. Laudatissimus ille, qui in Literis est [illegible], Hermathenes effigiem non vano titulo sui Musæi foribus affixam habens;

*... quem doctus Apollo*
*Omnes per montes, atque antra per omnia duxit.*

*Montes*, magis conspicuam scientiam; *Antra*, magis reconditam. Qualiter Parnassi quoq; geminus vertex, alter vernans, alter arenosus ingenii utrinque

trinque culti ænigma. Cordatissimo Arabes adagio jubent [illegible] Aurea in Narangia Bi ekomma'neta. *Contere pomum Medicum* (Narangium) *cum pomo Punico* (granato,) hoc est, Scientiam simul & Sapientiam comparare. Malum punicum sapidissimi liquoris sed putamine minùs speciosо & duro, designat illis horridulum Philosophiæ genium: Narangio conspicui fulgoris constat amœnior & floridior studitio. Proponite vestrum vobis Aristotelem, (de quo superiùs monebatur) cujus opera nondum omnia, quæ fuerunt olim compluria, intercidere Philologicæ. En Alexander Magnus Iliadem, illam sui Pugionis contubernalem, à Stagiritæ præceptoris Critico pumice *prius expolitam* accepit! quam editionem emunctissimam τὴν ἐκ τριβωνος (teste Plutarcho) appellitabant, à pretiosissimâ nempe capsulâ Darii captivâ, myrothecii usum priorem deponente. ¶ Sed nec venustat solùm, prodestquoque. Ne quisquam mihi occinat

VIII.

*... unum vescetur isthâc,*
*Quam laudas, pennâ?*

*Horat. de Pavone*

Philologiæ plurimum teli inest ad quascunque vitæ partes: sive mihi [illegible] dederis; sive

negotiatus, sive non negotiatus. In se quidem continet humanissimam contemplationem & otii literarii solatium, Curiosæ menti rerum orbem exhibens rimabundâ indagine compilatum. Verùm vivacior ipsius genius agere gestit: & quantum non teris primo obtutu, agit. His Literis non debilitari aut segnescere ingenia, ingeniosè subindicat Capella, ubi Iovi dubitanti ne Mercurius ex matrimonio minùs impigrè ministraret, Respondet Iuno fore *enim ex Philologiæ contubernio vegetiorem, virginis semper pervigilis & elucubrantis, quæ illum etiam quiescere cupientem connivere non perferat, &, convulsis ab eâdem, suscitatisque pennis extra mundanas petere latitudines urgeat.* Grande est elogium Geometriæ, *acui ingenia & celeritatem percipiendi venire inde: & prodesse non tantùm ut cætera antea, (tum percepta sint) sed cùm discuntur.* Huiusce modi quiddam & Philologiæ operatum. Varietate Linguarum & Historiarum Lectionis immane quantum laxat mentes & mœnia cerebri distendit. Sine quâ, nec Orator bonus, quem Cicero *omnium rerum peritum* requirit: nec Poeta, quem instruens Petronius, *Non concipere* (ait) *aut edere partum mens potest, nisi ingenti flumine litera-* Quintil. 1. 10.

rum inundata. Ejus denique panopliâ instructus, tanquam quis centimanus Gigas, quicquid capessit, pœnè inoppugnandâ efficaciâ movet promovétque, & validiùs in alterutram partem propellit. Visus enim multiplex Literarum quasi quandam (quantain hominem cadat) ἀναφορὰν inducit, & inoffensam ubique fiduciam: Diffusa cognitionis ubertas nil omittet opportuni ad probandum, aut si cubi hallucinetur adversarius, mox persentiscit: id quod non fefellit Iulianum â hinc doctissimum Cæsarum, cujus non pestilentius aliud ἀντιπροσωπεῖον in rem Christianam, quam Scholarum interdictio: perspicaciter ingerentis hoc Æschylæum,

Αὐτοκτονεῖτε μᾶλλον ἢ τἄμ' ἐκτρίβετε.

IX. ¶ At fortè non magni penditis laboriosam obscuritatem. Et scio quàm mentem humanam honor publicus tangat, & operabilius quodque bonum, quò spectabilius. Vt libeat Thebano Olori succlamare, Μυρία δ' ἀνθρώποισι κατὰ θνατὸν βίον ἔστιν ἄριστα· Ἔστι δὲ καὶ τὸ γενεᾶς ἐσθλοῦ κεκλῆσθαι. *Pindar. Isth. 5.* *Ibid. p.* Verùm neque hujus palæstræ docti ita obscuro in pulvere versantur, ut non detergeantur in plausum

&

& admirationem; ut non eos etiam per ora hominum circumferat ---*ventoso Gloria curru.* Sunt & Mercuriales triumphi. Potui Dionem Chrysostomum Herculis habitu, & Trajani Lecticâ ovantem. Potui consulatus Quintiliani, & Ausonii: potui innumeros dare, si declamatoriè esset agendum. Quàm res spectaculi quoque sit Literatura; præter unius urbis theatra (in quibus unici athletæ ante cruentas Romanorum scenas Poetæ) in celebertimo quoque plurimarum conventu literas ostentari æstimabis olim post Herodotum in Olympiis recitantem. Hodiéque sunt Philologorum cymbala, qui laureolam in hoc mustaceo repertam nec Capitolinâ permutarint. ¶ Descenditur in voluptuarium campum, & (audiat ipsa licet Philosophia) non cedetur. Nempè nostra quoque causâ Humaniores literæ captandæ. Haud meræ mentes sumus: sed decent aliquando sensuum amœnitates. Scitè enim Philosophus voluptatem aic fibulam animæ datam, (τὴν ψυχὴν) ne celeriùs contubernium corporis fastidiret: sed sustineret aliquantisper. Quid autem ageret? quò se verteret? Si ferreâ viâ usque cogeretur subsidere ad ipsam Hylen, & ultimarum contemplatio-

ne Causarum demergi. Gaudet itaque eminulo Philologiæ relaxamento, & perstrictâ rerum superficie amabiliter ludere. Natura se habet instar picturæ intervallo commendatæ, aut florum sub virreo vasculo gratè splendentium: Quasi nebulosus hic visus magis illice speciei fugientis palpo demulceat procantem oculum. Sanè fabula in scena impensiùs placet, quam in proscenio diductis Aulæis. Semper aliquid abrasit delectationi nimia conscientia. Quare heic (Naturâ judice) fortè comparatio instituetur, qualis illa Ibyci de melle, habere dodrantalem Ambrosiæ dulcedinem. Τὸ μὴ γαῦρον. Nec liquidior ullâ aut despumatior voluptas, quàm quæ ex litetis. Eademque est causa, quòd oculos nobis in tabula pensiles detinet *Coloratis animans* * *Pictura venenis.*

X

* *Aristot. Rhet. l. 2.*

XI. ¶ Quod si hæc Literarum varietas vana cuipiã videatur, & aliquid Ardelionis ei inesse: Primum regero Scientiam nullã luere debere profitentiũ ineptias. Suam quæque Ars Plebem habet, & humilitatis tunicatæ Sciolos. Tresses Philologastri notam non inurunt dignis suo nomine. Eos quidem à Musarum Orgiis elimino, qui non unà Gratiis litarunt: Numinibus perpetuò συμβαίνει, com-

muni pectoris laratio, communi sacrorum procuratione colendis. Hoc si fiat; de vanâ varietate quod objectum, vanum & ipsum. Tota enim Natura in mixtâ varietate quasi versatur. Quamvis singulæ res divisim creentur, & privis adolescendi nitantur fundamentis: ubi tamen in usum maturuerint, factæ videntur ad amicum fructuosæ commissionis Genium. Mellifici volucres errabunda florum libamenta in unum percolant non imitabilem saporem. Et apud seplasiarios diversa, imò adversa ἐμβαλόντα in unam sociantur medicatissimam Synthesin. Et ne sit extra nos eundum, Medici in nobis reperiunt Crasin, hoc est libratæ viscеribus in nostris vitæ liquidam quadrigam. Varia Metalla conflatili dote speciosissimum edunt Electrum. Vbi terram reliqueris, ipsam nutricantes contemperatio suspendit vapores; & Irin colorat, magistram penicilli. Cœlum adeamus ipsum; non unius singulatim Astri sunt apoteleſmata; junguntur Aspectus, & (cum Astronomico vate) *Manil. 4.*

*—Omnia mixtis*
*Viribus, & vario consurgunt sydera textu.*

Ita ergo Philologia maximè ad humanam mentem composita videtur, & quasi contesseratione

blandissimâ invitans. Quandò verè Aristoteles Animam nostram scivit esse Ἐπιλίχμαι, adeoque perenni motu gliscentem. Quæ potissima censeatur causa tam festinæ, etiam in gratioribus, satietatis; dum animus noster indignatur sensile ministerium circa eadem objecta immoranter oberrare. Quasi ad quietem (ipsi abominandam) proximè accedit eodem in loco circinare motum, uti Orbitarum modiolos advertamus, aut Turbines in æquilibri rotatione & vertigine soporatos. Vnde diversimoda studia suavissimè vitam nostram in uno Commentationis tenore stupentem & palustrem serenant & quasi tessellant. ¶ Major Catapulta infestat arcem Philologiæ, de Rationali doctrinâ præferendâ. Quid? an ipse Grammaticus pro corde peponem habebit? Quem nos Φιλόλογον ostendimus; non est, cur quisquam sibi ἄλογον somniet. Grammatica est inter tres Λογικὰς. Et Brutorum Grammatica statuenda est; si hæc non sub Rationis Prophoricæ tutelâ, cujus est propagatrix. Epicurus cum Grammaticâ tollebat Dialecticam, ut qui non Rationem, sed Sensum voluit κριτήριον Veritatis. Si Philologiæ Physice objicitur, ex supradictis eæ conciliatæ. Si Dialectica: non

XII.

nega-

negabitur prælarum esse, non καλλιον sed ἐν τῷ καλῷ, mentem in se reflexim plicari, & cognoscere propriam cognitionem. Innata tamen omni homini Rationis semina vi ingenuâ perniciter emicant, nec Regulas in consilium morantur; inde est quod multi ante eam cum magno Stagirita seu Zenone Eleate natam in sapientiâ claruere, & postea in Rep: Literariâ Civilíq; viri summi & ad exempla nati; nec tn in Dialecticis usque adeo versati; sed solis ἀφυΐας καὶ εὐστοχίας adminiculis innixi. At quo sit clementior, aliis debet Dialectica, quo se ostentet. Quid ad saturitatem conducit contemplari anatomen stomachi, & illum nutrimenti dispensatorem Larem: nisi illa pars Naturâ se ritè habeat; simúlque fiat almi cibi applicatio. Ita si Dialectices actio non extra suam opem procedat: conspicabimur Ipsam, veluti Fabrum quempiam librato instrumento & minaci gestu ictus meditantem; ni tamen habilis materia aliundè supponatur, otiosè usque expectantem aut casso impetu auras diverberaturum. Ὄργανον est, instrumentum, sed inefficax, nisi invenerit doctam manum (ingenium capax), & aptam materiam, quam necesse habet mutuari ex Philosophiâ aut Philologiâ.

giâ. Dialectici passim in exemplis adsciscendis nec scientes fiunt Philologi. Philologia itaque Dialecticæ pro nomine suo humaniter, pro communi artium vinculo prudenter societatem offert spontaneam, indignatur precariam. Eminentiorem partem Grammatices minimum à Ratione abhorrere superiùs indicabam: quum Criticen Logicæ junxi. Idem & Capella vidit (quem libenter advoco in partes) qui non solum Philologiæ matrem fecit Phronesin & cingulo proprio ejus pectus, quo veriùs comeretur, substringentem; sed & verticalis Diadematis mediam gemmam Palladis effigie sculptilem. Quid & Critici sæpiusculè labuntur? *Satin' Vates verant ætate in agundâ?* *Ennius apud Gell.*

An Dialectici semper Veritati litant, & loquuntur apodicticas? Parcant ἀκεραιοφθόγγοις, ne deridentes ipsi quoque caudam trahere deprehendantur. Suus Dialecticæ honos manebit illibatus. Est tamen hæc omnium seculorum querela de insciis quibusdam ipsius assectis: aliquando pro Iunone amplecti nebulam, unde amplius nihil nascatur, quàm Centaurica altercatio. Ita, quibus displicent humaniores *Philologi*; ipsi fiunt molestiores *Logophili*. ¶ Epicurus, pulmoneus ille Philo-

XIII.

sophus,

phus, potuit dissuadere cùm alias Artium elegantias, tùm & φιλολογα ζητητικα Criticorum; dum voluptuosæ inertiæ velificatur. Παῦλαν πάσαν φιλογεωμ μακάριοι, inquit. Sed haud miremur illum ex mundo Philologiam amandare voluisse, qui etiam Deos voluit in Intermundia; & Arti pretium demere, quod nec Virtuti dedit. Sunt etiam tæduli quidam ac delicati, quibus desperatio identidem Polymathiam in herba extinxit. Videre est in primo Studiorum curriculo hujusmodi Palladiæ militiæ πολυμαθίας dilutum animum despondere, & varietatum velut spectro confusis omnem illico spem decollare perveniendi. Criminantur humani ingenii angustias ad tantam Doctrinæ molem incapaces fatiscere; & ut instetur aliquandiu, nihil tamen solidi ac perfecti posse accrescere animo in tot diverticula distracto: sicut torrentem copiosorem ramosa divergia exhaurlunt atq; emaciant; aut δυσπεψίαν inducunt diversæ dapes. Haud ibo inficias hoc commodi habent μονογραμματοι ut ad summam laudem facilius emergant, quàm πολυπραγμάτοι ad mediocrem. Periculum subesse τὸ Πολυμαθὲς πολλὰς αἰτίας πέφυκε ne hæreat ad liminia, & fieri ex desultoriis tentamentis

mentis ἀλλοτροπαλλον quiddam. Hæc tamen omnia alacribus ingeniis objicem non ponunt. Fluvius quo à fonte longior, eo uberior gurges. Et Hesiodius cumulus ἡμισυ παντὸς in ingens crescit. Sagax adagium ——ἀκεσσι λαβε, καὶ μέσον ἔξεις. Denique adeo Artes ob commune vinculum sunt affines, ut stabulentur in uno pectore, & cum satrapico comitatu intra ædes admittantur. Cui rei tot præcedentia Exempla illustrium animarum succlamant: quarum pertinax commentatio ad editissimum Pansophiæ umbonem aspirans, evicit facilè vetus hoc scitum ΕΝΤΟ ΠΑΝ microcosmicè quoque verum.

*Abest locus de Philologiâ ubiq; Gentium cultâ, ad quas aliquis Literarum sensus aut Sapientiæ professio pervenit.*

*Abest item Testimonium illustre, de Necessitate Universalis sive Polymathici studii in Academiis persequendi; & quam sit generali Cognitionis incremento adversarium, studiosos statim omnes particulari alicui Professioni necessariò se addicere. Ex* D. Francisci Baconis *lib. 2. de de Augmento Scientiarum, prope ab initio.*

XIV. ¶ Iam pressiùs ad hæc studia allectat augusta illa moles: quam quotiescunque suspicitis, credite in mea verba arcanè vocalem; illud Bodleianæ (ô qualem nostræ Mertonæ partem!) pietatis monumentum

mentum: mortuorum loquentium asylon; vestræ industriæ invitamentum. Illa glorioſa libra-riæ ſupellectilis Pandora, in quam certatim innumeri Heroicam munificentiam ſpirantes viri ſua congeſſêre κειμήλια ab omni Orbis cardine conquiſitiſſima. Vt ſileatur vernacula congeries, & victricis Latinitatis populus alter chartaceus: En Græciam veterem poſt Dialectorum, morum, Monumentorum occidua damna veris heic Scripturæ lineamentis ſolummodo (heu!) ſuperſtitem! En expilati Orientis pretioſiſſimas manubias! Phœniſſa heic linguâ Theoſophiæ potiſſima æditua, & antiquiſſimæ Veritatis balſamo odorata: Quam unà cum Chaldaicâ nobis ſervarunt extorres Iudæi, & Syri Chriſtiani, unicas præter nomen reliquias Aſſyriorum Monarchiæ. Hîc Nilotica portenta, & Hieroglyphemata redivivum aliquem Piromidem deſiderantia. Hîc fœlix Arabia fœlicior ſua depoſuit ingenia, mercem omni Thureâ glebâ præſtabiliorem. Hîc Armenica ſcipta, heic Æthiopica ſuis quoque ſcriptoribus concoloria. Hîc Perſæ codices ſecuri, & cum gente nunc ſuâ nec Mithræ ignem metuentes. Heic fluxit in Thamiſim Ganges, Sinarum ferens oculata volumina,

Taprobanicos, aliósque characteres ſuæ etiam Indiæ ferè ignorabiles. Heic denique qualeſcunque linguæ, vel figura inſolentes, vel lectione inexpeditæ, vel captu triſtes, vel ſolo longinquæ, vel raritate nobiles, vel antiquitate venerabiles, vel ſpatio diffuſiores, vel uſu commendabiles, omnes ſedentariæ parantur helluationi aut parabuntur. Talem igitur tantamque Bibliothecam Magnates illi dedêre fixam, ut Academici efficeremus in nobis ambulantem: Non in otioſæ pompæ oſtentaculum, ſed in operoſæ uſionis ſuſtentaculum. Neque ut eſſet tantummodo inter luculentiora Advenis viſenda; ſed ut nobis incolis eſſet parabile Muſarum λογεῖον atque ſtudiorum tripûs. Ipſa verò ſupplementa (codices dico) diſpoſuerunt, non ut hîc eſſet edacis temporis trophæum, aut Tinearum pollucta cœna; ſed Philomuſis oculis animíſque univerſæ ſcientiæ in anguſto auguſtum Theatrum. Denique non ut Doctrina in hoc ſplendido carcere, tanquam Prometheus in Caucaſo, vinculis ſervaretur captiva: verùm ut tanquam familiare Numen & Academiæ Larem quotidiana ſalutatione ita propitiaremus: ut ſi quid caducæ huic, quantumvis ſaxeæ compagi ſequius accide-

ret

ret (quod tamen bonis Fatis volentibus nunquam accidet) posset sine omni studiorum jacturâ Diva illa in nostra pectora migrare, & delubro Fibrarum illic securiùs inaugurari. ¶ Major adhuc nobis aculeus ad hæc studia. Alloquor propiore contubernii jure nexos, & domesticos commilitones. Nobis ne desimus, affatim reliqua suppetunt. Si delectum specto & annonam; aliquale occupamus Atticum Πρυτανεῖον. Si disciplinam & bonæ mentis parentem Frugalitatem, possidemus Laconicum Φείδιτιον. Si culturam partis meliùs hominem testantis, habemus Cretense Ἄσωτον. Mertonius ergo Ille Heroicæ munificentiæ Antistes vos Paterna, vos Patronali authoritate Ephorus noster honoratissimus in magnifica etiam benefaciendi propensitate succedaneus hortantur ire per omne Scientiæ genus, per humaniorem, per Philologiam: sic enim optimæ menti os fecit locupletissima interpretatio. Denique hortatur ille, qui post illos digniſſimè audiendus, & omnes facundiæ meæ copias exsuperat unico monitricis præsentiæ silentio. Favete verò, dum mihi sit eundem per immensa Rerum & Verborum latifundia in Topegorias areolatim discriminanda. XV.

Sic enim disertissimo carmine TITULOS REI ANTIQUARIÆ (Latinis Græcisque ad Eoa comparandis) Prælegendos indixit mihi is, Cui plus quàm me debeo. ¶ At Tu XVI. fulgentissime Carolensis insulæ Vnio, ob hæc & paria curarum molimina, Tuorum quoque ista titulorum (quorum abundâs honorâ Veritate) sit lubens accessio, PHILOLOGIAE MVSAGETA. Quando hæc Musa potuit chara esse pernici Tuæ sapientissimæ mentis vigori: quæ in Cancellario Ἐπισκοπῳ ita miscet, ut à nullâ humanâ perspicacia unquam intensiùs & plenius expressum fuerit Nominis illius Archetypon, Divinior sensus: Cujus sedes, Capitolium mortale; pomœria, cœlum; Vigor indefessus; pernicitas inoccupanda; regnum Lux. Ille (inquam) intervalli commissura; Membrorum auriga; Corporei palatii senestra; Voluptatis Theatrum, Mentis Icon, Sensuum Sol, Solis igniculus, Regium Hieroglyphema, uno omnia verbo, OCVLVS. Quo igitur modo Pindarus Hieronem affatur, ego Te: Pyth. 5.

Ἔχ᾽ ουτιδανὸς δ᾽
Ὀφθαλμὸς αἰδοίοισι τοῦ
Τέρας, τὰ τοῦτο μι-
γνύμενον φρενί.---

Videre

Videre, est privatim cujusque; pervidere, diligentis; prævidere, sapientis: Tuum verò esse ducis προνοεῖσθαι providere, unũ pro plurimis videre & aciem undiquaq; Solis instar disseminare. Tibi & privatim videtur, & diligenter pervidetur, & sapienter prævidetur, denique plurimis plurifariam providetur. Sic visio tua per omnes functiones cum Nominis LAVDE emerita, tandem desinebat in illam indesinenter Beatificam. ¶ Quoram aliàs Rhetor Epilogi clivum molliter subsidentem, & sensus cum lumine terminandos. Ego nunc (Academici) satis inabruptè, satis laudatè heic desinam; si tantum Nomen auribus vestris adhuo ἀσύμφωνον ac insonans haud sermone pariar superingesto confundi. XVII.

Θεῷ πλεῖα δόξα ὁ πλείοφόρος.

# EPISTOLA

## Ad Nobiliſſ. Prudentiſſ. Fortiſsimúmque virum D. IOHANNEM DUMAREſQUIUM, *Avunculum: in Inſulâ Cæſareâ.*

POſtremis literis, (Avuncule honorandè) ut aliquid Poëticæ venæ meum ad Te mitteretur, eſflagitaſti. Quamvis authoritas Tua nunquam ſapuit Tyrannidem; tamen Charitatis reverentia facit, ut preces tuæ θεσπεσίως inſtar & pondus apud me habeant. Mitto nunc duo Genethliaca unum Heroico, alterum Dithyrambico vel Epimicio metro; item unum Proteleion Epithalamii vicem ſubiens Iambico Scazonte conceptum; omnia Regiis liberis dicata, & inter Academicas Muſas mandata publicis typis. At, ut ingenuè fatear, multum remiſi de pruritu Poëtico; quem facilè patiot frigeſcere, ad nobiliora Philologiæ ſtudia jam promotus. Quare, ut dignius mei ſpecimen, comitatur *Orationis Inauguralis* exemplar M S; quam Nomini tuo inſcriptam vulgare cogito primâ quâque occaſione. Cujus tamen apertum latus quando dabitur, equidem hæreo dubitantiſſimus: ita ſpectant omnia heic ad turbas, & & belli civilis incendium. Quod omen benignus Deus avertat. Sin fata ſunt inevitabilia; ſic ego me componam, ut ἡδὺν τὸ τῦν occupaverint: ac nihil proſapiâ indignum admittatur, accurabo. Non ſum adeo improbulus & effrons, ut Tibi conſilium dare aſſumam; quem Educatio primùm, dein longæva Experientia reddidêre conſummatiſſimum. Qui, apud Belgas depoſito Militaris artis olim tirocinio, in Patriâ diu Chiliarchæ munus obiviſti; & quanquam ſenex importunâ Podagrâ fermè ſuppernatus, nunquam tamen deſinis in equo coram Peditatu tuo director Centauricam exercere fortitudinem. Supereſt intacta Tibi pars melior Ducis, Conſilium & Magnanimitas; quâ (vel pedibus ablatis) inſtar *Romani ſedendo vinces*. Nec unquam Te tentabit Cardiagra; ut inter jam novato-

res

res Rerum, ego fim quoque Verborum. Hinc evenit; ut tam in Togâ, quam Sago clarescas: primùm Irenarcha, exinde nunc in Nobilitatis consessu Judex primarius. Quocirca in tam conspicuo loco positus, & rebus increscentibus; oportunitatem habes ostendendi partem, quam dixi, Ducis meliorem. Forsan non deerit exotica vigilantia ad occasionem turbelæ sic ansatam. Sed nunquam credo Cæsarienses nostros regni Anglicani fide, quam per tot secula præstiterunt illibatam, sese subducturos; qui appellantes cum summa Comitate & Justitiâ semper admittebantur ad illam Curiam, ubi sanctiora Regis Consilia solent agitari, quorum Seriis illorum Tricæ (ut sic loquar) statim commistæ sunt. Quòd hæc appellatio fiebat ut ad Ducem Normanniæ, non Regem Angliæ. Nam quamvis Marinum dominium Britannico semper imperio, (ut monet Seldenus noster Maris Clausi lib. II. cap. 19. ubi postquam jus Ducale cum Regio aliquamdiu coaluerat, *Placita Coronæ* in Actis Justitiariorum, quos dicimus, Itinerantium occurrunt) ipsæ tamen Insulæ primitus soli Normannico vel Ducali subjectæ fuisse deprehendantur ex eo, quòd in Archivis Londini publicis insulam Cæsaream attinentibus etiam *Placita Spathæ* occurrunt; uti fidem nobis fecit Johannes Pugnidexter diligentissimus indagator. Est autem Spatha, vel latus ensis, insigne Ducatûs; ut Corona Regalitatis. Igitur Angliæ *Cæsar* quam sit ex hoc Insulari pignore verus Normanniæ Dux; Insula nostra, suavissime Avuncule, (dixerit quispiam argutulus) vel ex Nomine non potest esse nisi *Cæsarea*. Quamquam hoc nominis (unde detortum vulgare Jersey) aliquantum variat ab Antiquis appellamentis, inter se quoque variantibus. Cui nihil addam; quia integrum Commentariolum de Antiquitatibus Insulæ hujus (quas Camdenus levissimè, vel magè nullâ tenus tetigit) compilandum spondet mihi idem Pugnidexter. De cujus absentis peregrè salute quum rogaveris itidem; scito eum non modò salvum esse, sed & nuper florentissimè reducem. Neque n. aliter habere potest quamdiu lateri hæret moderator studiorum *D. Guilielmi Herberti*, quem *Philippus* comes Pembrochiensis filium habet natu tertium. De quo Juvene nobilissimo mira omnia. Post Græcam Latinámque Philologiam exactissimè imbibitam omnes etiam Philosophiæ partes est emensus; idque non leviter delibans

more

more Nobilium communi, sed quasi Doctoratum ambiret. Testis ego sat idoneus; quem pro suavissimis moribus corpore pulcherrimo dignis heic adeò percharum habuit, ut absentiam meam tolerare nollet vix biduanam. Inde Galliam petens ob Jus Civile, & Politicæ prudentiæ complementum; ita mox inclaruit, ut famâ Alpes transvolante, in præcipuis Italiæ regionibus omnes ubiq; Proceres adventi honorificè assurgerent. Quod accepi non ab ipsius comitatu, (ne suspicio adulatoriæ sit insinuationis) verùm à Collegâ nostro Johanne Gravio, qui fortè tum in Italia quoque fuit, peregrinationi destinatus Orientali. Hinc & absens & minorennis eligebatur in *Domum*, quam vocant, *Communem* in concilio Anglorum Amphictyonico: Post reditum ipsi Regi mox ita favorabilis, ut ex omni Nobilitate seligeretur Regiæ comitatis ad Legatum Lusitanicum assiduus interpres. Modò vita prorogetur, *Picum* habebimus alium pro *Mirandulano Pembrochiensem*. Itaque de Pugnidextero nostro securus esto, nisi publicitus quid intervenerit. O mi Avuncule! Hæc Ozonæ scripseram plura cumulaturus, animo redimendi silentium pertinacius Epistolæ hujus garrulâ prolixitate. Sed inde repentino & gravi maternæ invaletudinis nuncio Londinum accitus, abrumpere cogebar. Heri Soror tua SARA Tui amantissima, mihi Mater dilectissima piè obdormivit, mortua septuagenaria; ut pater HENRICUS ἰμαγείνης ante duplex decennium sexagenarius. Titubantem calamum impediunt lachrymæ. At Tu, qui relictus es Mihi nunc unicus, vive vitaliter. Votum infucatum

Londini. Maii 24.
1642.

Observantissimi, inque præsens mœstissimi
ἀδιαφόρου

HENRICI JACOBII.

## Epitaphium D. HENRICI BRIGGI ob Matheſin & Pietatem famigerati; denati 1631. Januar. ult.

Βρεττανιάδης Ζωσὴρ γαίης, ἠδὲ Σιδήρομος ἄστρων
Εὐκλείδεο φρονέων, ἠδὲ Πτολεμαίοιο ὄλυς·
Ἦ ἐπὶ Τερψιθέοις, (μάλα γὰρ τέλει αὐτοφανής τις)
Ἦλθε Σύμμετρος, φροντίδ' ἀεὶ ἀράσιος.
Παῦσε δὲ μὲν Τέχνης ὑδ' αὐτὸ Μοῖρα θνητὸς
Ἀστρονομεῖ Ψυχὴ, Σῶμα γεωμετρεῖ.

---

## IN BIBLIOTHECAM OXONIENSEM tertiò amplificatam. M DC XXXVI.

HOrtum Pallados iſte Literatæ,
Et tot Litera ſacta Literarum,
Tollit *Syllabicam novata molem.
Florentes Studiis meris Dobuni,
His cen Mercurius ſit Architectus,
Vel quando ædificant, (ſtupete) ſcribunt;
Muroſq; erudiunt in Alphabetum.
Auſer totum Hieroglyphêma, Memphi;
Quid ſulcis cubitalibus columnam,
Quadratarie, venditas ovantem?
Hic fundamina arte lineati
Haud brateum loquitur monetq; Tectum.
Hanc Orthographiam voces Gigantum,
Charta ſcripſile Terra ſuppleat aquor;
Ἀρχὴ, Porticus eſt; Palatiumq;,

*ITH. M

*Jam ductu teres est suo character.*
*Non has reptilibus patent scollis,*
*Sed lectoribus exarantur Astris.*
*Quare Bosphore comis, Hippocrenen*
*Accersens Thamisi, para triumphos:*
*Et de pulvereo situ levata,*
*Turrita decus effer auspicatum*
*Frontis, Prasidæ latæ sub Sacrato.*
*O si Marmoreo perenne versu,*
*Sic usque O megalo jugetur Alpha;*
*Exhaustisq; Elementa sient Metalli!*
*Vincat Pyramidas, Semiraminq;*
*In cinctâ Babylone sumptuosam:*
*Et victrix, teneat magistra Mundum*
*In se perpetuò Strues Tyrenum.*
*Namq; ut surgat opus, parente Luxu,*
*Insanum mage; doctius, negandum.*

## De Philosophia Philologiæ jungendâ.

*Mitti dexteritate & desultrice Minervâ,*
*Pernassu quicunque mente biceps dispanditur amplâ!*
*Hinc Polyhistorico culmen juvenile virenti*
*Lascivit; gravitas spinosam siccior illinc*
*Pallada sustollit. Geminâ tum remigat alâ*
*Ingenium* exempli semper *versatile* magni:
*Junctaq;* Tithoreæ *nitet* Hyampea *Camæna.*
*Dilutas Musas, laticemq; Heliconi fluentem*
*Temperat austerus Sophia prudenter Lacchus.*
Pomonæ *sic* Flora *sua praludit, amanas*
*Versilis arbor opes transfert; sit gratia duplex:*
*Picta corollares dederant ramalia stellas,*
*Unde sacra accumulat saturam* Pancarpia *lancem.*

## SOLIS Verni salutatio Hymnica, Sanitatem & Contentationem promoventis.

Ἦλιε, μειδιάῃς τερψίμβροτον ἀμφὶς ἐς ἦμαρ,
Ἄντυξ δ' πύρτατον ἰλλόμενος βαθὺν ἰλλοῖσιν
Ζωφυτον ταμίαν· πραυγὴ δ' ἀεὶ ὑγιάζῃ
Ἐκτόρι μ' ἀμμιμνα κόμης χρυσέης αἴγλῃ.
Ἀμβρότη λαμπάδων, νοτίης ἄκρα· γάνυται δ' ἀνθρώπων
Πάντα τε πετηνάζοντα κινήσιμα Παιήονι Πάντι.
Σῶσόν μ' Ἀδώνιον κοῦρον φίλον· ἄμμι γὰρ ἦτορ
Κάρβ' Ὑπερίονίδης ναῖ δ' Ἰλλὰς ἄνασσ' ἀθανάτων.
Δεῦτε νῦν ἐγγύθι κᾶλὸν ποτὶ κάμματι δάμαρ,
Ἦλιαρ ἄγων Κάσμου Παντύμφαν, αἰνὸς ἑταῖρος
Γαίης, ἠδ' Ἀμφιδρόμιος ἀγχιβαὴς ἐλυτρόβας αἰεί·
Ταρπείημεν δὲ χάμμ' ἄϊδι σεσιγαλέον ἀμφήρη.
Ναῦ τὰ Σὰ κηρυκεῖα Χαλκόβρις οἱ ἀρίσπιπτα
Χίεζον λιγέως σειρὴν ἀεσσίνοϊς.
Σαίῃ μυέσσι γόος ἐξαμέρξιζον ἄθεσφι,
Οὐ' ἐπιὼν Ἔρεβος πτυσσόμενον τιμᾶτε πάτρῃ.
Ἢ βαμὶς σεφαλέγξι μίλαι κωΐδιζε ἐρεμνὰ
Καὶ ἐσ' ἀϊόντες Ψυχαὶ πίζαι, αἳ τὰ γὰς ἔασιν.
ΦΟΙΝΙΞ ὄρει Δηὸς, Νυλοπτερὰ ἀλάτρεπτε
Ὄρσια φαμίζῃ Σε· τὰς φαῦς τολυμόνς ζᾶν
Ἀυτερὰς ἀοίρτατα πλεκτόβιον ΧΡΟΝΟΣ ἀρᾶν.
Ἰᾶ ἰὴ Παιῆον, ὑγιαίῃ ἀγχιβρότοισιν.
Νωθρίλλων τε Ζόην φόρμιγξ, αἰὶ Ζόοισι ἰσχύς,
Χάρματά τ' ἀμφοτέροις· τὰ βὰ δ' ἐπαυτὸ ἐν ἦθος.
Ναί τε ἐπιγρείης φλογὸς ἐν τερπνοῖσιν αὐτοῖς
Ἄμμα τόν' ἠμίτερον, κυκλὶν τὸ Ζῶν ἦεν τέλος
Φλεγέθοντος ἐσ ὀρεσσάοις πελαργείκοις πλακόεσσιν·
Ἔνθα τεταιβάοντ' ἐσθλὸν λειμῶνα ναιετάουσι.
Ναῦ ἐπ' ἀφετλόχοις κλίσι, ἐν μέσῃ τε ὄρῃ
Ἐυσχίνος ἐνθάδε ναὸς ἐ τέπτονα Θυμίλ[illegible]
Ὦ Παιῆον πυρίγονον κίθαρον, τῇ θάλπε θάλπε·
Χαῖρε δ' ἐς Δηὸν κυκλὸν χορὸν· ἐς Ζόε ἐκάστῳ
Ὁμνύσι ἀνδρομέοις ἐμίλησε ἄρτι Νόμῳ.
Πάντα φίλῳ σπείοντα τὸν ἀπτερα ἀμέλγῃ

Νῦν ἁρμὸς ἀγκυλοῖτις, ὑμνῶν λαθικηδέων ἄνθος·
Φάρμακα δὲ δύσχολα, Σοφίης κεκριμένα τέχνῃ.
ΠΑΝΤΑ ΣΟΦΩΝ. Σοφίης ἀπερείσιον ἔσθ' ὕφασμα
Γίνεται ἐς Τίτλον Φαίδιμον, ἐ Φοίβῳ Ἀπόλλωνι.

---

PÆAN. *Eucharisticus* in Vum Novembris.

Diva *magnarum vigil incubatrix*
*Urbium, summas hera quæ per arces*
*Regium genti solidare culmen,*
*Maxima* PALLAS,

*Quâ Gigantæum socià tropeon*
*Conditur Patri: domat inde semper*
*Crimen aspecta modò perdnelle*
*Gorgonis horror.*

*Major in nullâ Tua vis erinny,*
*Diva, sudavit: nova sic Britannis*
*Proditrix Phlegram superat furentem, &*
*Omne nefandum.*

Heu *Prometheæ rediviva furti*
*Forma, plùs torvo tamen apparatu!*
*Æthâ fulmen ferulâ repôstum*
*Ludit* Enyo.

*Mons* Alöidæ, Superósque *Fulmen*
*Instruit bellis*: Hominem *sed ambo.*
Tela *nunc* Ignes *movet*, arma Montes
*Undiq. Mavors.*

*Æstui vivo nisi iners recedat*
*Glebæ: seu massa jaculo fragosa*
*Arjetat; molémve supercubantem*
*Ima supinat*

*Flamma, quassanti parilis* Tridenti.
*Impiis hæc materies ministra:*
*Ansa commenti Stygiâ vecors in-*
*cudè cælebat;*

*Sanguine ô nullo ſcelus explandum!*
*Haret exemplum, lauriet ſceleſti.*
*Seculis, dignum fuit, exoleſcat*
*Tale piaculum.*
Dira quæ Cœli facies cruenti!
Nubilâ miſti Proceres ruinâ:
Sic nec agnato caput inferendum
REGIS Olympo;
Dúmque portento Populus ſtupeſcit,
Fœta miſcellæ laniena cædis;
Enſe diſcurſante, repagulíque
Strage ſoluti:
Gentium turpis timor exterarum;
Ut repentinus Siculis in arvis
Quum remolitur gravidam *Typhœum*
Faucibus Ætnam;
Tum nefas impune, *Panegyriſ.*
Præda ſummatis: refugóque Titan
In chaos vultu priùs, & perérrans
Sidera luror.
*Futilis votum quod erat Tyranni,*
*Pœnè noſtrati eſt facinus* Megæræ;
*Gentis ut cervix caderet ſub ictu*
*Tetius unu.*
*Temporis nutantè periculoſi*
*Articlo; certâ rabie minorum;*
Numen *avertit prope deſinentes*
*Arcibus ignes.*
*Ite, (Sol tollit jubar auſpicatum)*
*Ite: connexa ſerie nepotum,*
Soſpitatoti *propriam Tonanti*
*Pandite lucem.*
*Hic dies gemmâ numerandus albâ,*
*Splendeat Faſtis; memoriq; gyro;*
*Gratulabundus recinat Pœnem*
*Feſta Chorea.* 1634.

PANEGYRICON

PANEGYRICON in Logarithmorum inventionem, & *Trigonometria Britannica* editionem.

*NOn tota Ægypti nobis ventosa feretur*
*Relligio; rerum quòd vilia lusit adorans,*
*Et portentoso ridebant Numina Templa.*
*Quódve (supercilium paulò jactantius ista)*
*Arcebant bebetem secreta Hieroglypha Vulgus.*
*Castior, & doctis exultans pompa figuris*
*Distinxit Valvas, sana bona pigmora Mentis,*
*Atque Geometrici fundi visenda supellex.*
*Rasilis asser erat pro Chartâ nempe magistrâ.*
*Heic* Hemicyclium, *sinuosa quòque unda* Mæandri,
Spirosus *vortex, cancellatusq;* Decussis,
*Involvens teretes ibi* Helix *ambage* Cylindros,
*Tessera Candivori Nisites* Circulus *auri,*
*Cliveum* Rhombi *latus, ac abnorme* Trapezi,
Angulus *hinc varius: supra quas plagave formas*
*Certatim satagunt habiles ad cuncta* TRIGONOS.
Delta *Mathematica* signum penetrale *Minervæ,*
*Lineolis junctim reliquis operosius instar.*
Natura *indicio reseratur tota* Triquetro;
*Cærula vasta Poli fuerint rimanda negati,*
*Aurigæq; Ignes, atque Ætherea parasangæ.*
*Sive etiam Oceani per prodiga marmora lati*
*Mens peragratura; aut Oculus per pervia Campi*
*Arbiter effusi, & Moles vel in astra minantes.*
Extrema *in* Medio *collidunt bina sequestro.*
*Quàm latè pateant vegeti pomœria sensûs,*
*Regnat ibi hic* Numerus (*Divis gaudentibus*) Impar.
*Cumq; Locis, Rerum causas ubicunq; latentes*
*Tangere non aliter potis est, indaginis Vere*
Argumentosum *Logica molita* Trigonum.
*Hoc priscum decus. At nuper fulmare Repertam*

*Jam*

*Jam* LOGARITHMUS *antiqua Tropea triumphis*
*Pragravat obscuras. Isti nulla invia Doti;*
*Ista salebrosa dubiis anfractibus Artis*
*Prompta* Panomphæas *accommodat unica sortes,*
*Fulmineum Mentis raptim extricantis acumen.*
*Dans* Pausillypi *compendia grata cavati*
*Subter anhelosum præruptо in monte cacumen.*
*Qua tenebris Methodus & desuetudine priscæ*
*Damnat, ut antiquas epulas Ceres edita guernas.*
*O vigor, & vasta Mentis venerande recessu!*
*Scilicet Artivii fervent inventa Britannis;*
*Cujus mirandi mirandior ecce reperti*
NAPEIRUS *sator, atque stator sit* BRIGGIA *virtus.*
*Appendix passim cuique est interpolis Artis:*
*Scripturiens sic est ævum. Millesima terras*
*Secula bis obeunt: (*demas Logarithmon*) in Artes*
*Extudit integrum novitas nec virgo repertum.*
*Chaldæos ve Magos*, Sophiæ *vel corcula Græcæ*,
*Niliacósve simul* Piromidas *ultima Thule*
*Hoc dono antestat; celsa demum unde Mathesis est*
*Fastigatus apex, positumq; in culmine culmen.*
*Ite triumphatum* Chaos, *arcanumq; Profundi*
*Devictum spatium, numeraliq; arcta catenâ*
*Immensum sylvescentis Corpuscula Mundi.*
*Jupiter ipse suo formidans axe labores;*
*Sicut in omnituam Cœli Mortalibus arcem*
*Admissis per vim rivalibus, indice Phœbo:*
*Cœúve Promethæi felix audacia furti*
*Terrigenas rebeante rudes nova surgeres æstu.*
*Tempora dum Terræ Poli pupilla patentis*
*Accipiat leges, ostentaq; dicta Mundo:*
*Pandarum* Cynosura *ratum sulcantia rostra,*
Magnetis *ve acies animata tremore sagaci*
*Dirigat abjunctis committere littora terris:*
*Dum Res, & Rerum Numeris commercia constent;*
*Riteq; dividuos metatur* Decempeda *fundos:*

*Vivat*

*Vivet (Tu) Liber, & Genium consultus habebit.*
*Si quid at in nostro præsagit est carmine Vatis;*
Livida ne meritam fuscent Oblivio famam
*Tuam minimum teneat in Te (Logarithme) Tuos.*
*Parcarum hoc adamante cavent tabularia fixo.*

---

## Ode ad primam Anacreontis responsoria.

Μόνος ἔρωτας ᾄδεις,
Ἀνάκρεον, λύρην τε·
Τί δ' (ὦδε δῆ) σαθεῖσα
Σὺ μανθάνω λαθοῦσα
Τέρπεις τε καὶ τερπνῶν
Ἄκουσιν τὰ κηλεῖζεις.
Ἃ πᾶσα πᾶσι χρῆσθαι
Τὰ φαντάσια τέτακται
Ἐκμοῦσα φροῦδ' Ἔρωτος
Ἰκελαντῶν διώκεις.
Μάγδαλα[ς] τὸν ἅπαντα
Σαυτοῦσα (ὦ φίλα) ἄλωσις,
Ὡς βλαπτὰ φαῦλ' Ἔρωτος.
Ἔρως δ' ὑπὸ δίκῃ ἔβλαψεν,
Ὡς ἀρχὰ ἐξ ἀπὸ τέχνης
Τοῦδε ἂν ἐλκύσαις
Σπεύσοις ἐπ' ἴυγγας αὖτις.

---

## Jocus de Bissextili die Natali.

*Nostra semel toto redeunt Natalia lustro:*
*Te reduce; haud semper, Jane, renascor ego.*
*Alcidem genuit Nortetia, quatuor Anni*
*Non nisi Natalem contribuêre Meum.*

Cygnea

## CYGNEA CANTIO.

*ex Anglico Orlandi Gibbons.*

POst argenteoli vivenda silentia Cygni,
Omine vicinæ mortis ut ossea erat;
Pectus arundineæ subnixus flebile ripæ,
Hæc primi & summi carminis ora refert:
"Gandia nunc valeant, Lethe mutanda, Caystro;
"Jam trusus multo est Anser rarus Olor.

---

INTERPRETATIO *Anonymi ex Anglico Thomæ* CAREW *ad Ingratæ Pulchram.*

NE levis ignores; quæ sit laudata superbia,
(Cœlia) sum lapidis conditor ipse tui.
Intet inaspicuum formâ tu congrege vulgum
Repsisses, paritas quas inhonora gravat:
Vexerat eximium Nostrer nisi nomen Apollo,
Præpetior Famæ quo movet ala tuæ.
Sirenem loqueris? cernis Basiliscon? at illa
Arma ministrantem me fœdare reum.
Dulce tuum ompe mei sit muneris, omne Venustum:
Nostra micas nostro stella locata polo.
Fulgure quid tantùm sævire precarius æther
(Indiges authori tu malè grata!) velis?
Parce movere minis. Lasus ne infecta refingam,
Quæ feci pollens, Parce movere minis.
Mystica percellant barbaros profanis formas
Tu mihi mortali flore caduca pates.
Quod figmentoso velarunt corpore Vates,
Pelluxit Veri singula lætva satis.

VENER.

# VENTER NON HABET AVRES.

כל עמל האדם לפיהו *Omnis labor humanus sit Oris causâ sui.* Eccles. VI. 7.

*Ordeo* jam fata liquent enodia loro:
Et proculcatâ jam majestate Tiaræ,
Usque *sarissarum* declinat *acinaca* pondus.
Emathius jam Mundus erat. Pellæâque ab uno
Præglutito ambit plures latranter orexis.
Cœpit *Alexander* victas contemnere terras,
Affectâtque suum prolem *Hammonis* cœlum.
Cura perennandæ famæ est, quâ personus æther
Severat ut radiis totum solaribus Orbem.
Nec nisi rara juvant: hominémque beantia sordent.
Est *Statua* privatus honor: Cum plebe Deorum,
*Templa* patent: Cuivis *vultus* finxisse *Tonantes*
Libera tum pietas: Hos privâ lege sacratos
Nulla manus tentet; nisi quæ coryphæa, summque
Præsens ædituâ numen vel ab arte fatetur.
Multa volutando; certissima pignora Famæ
(Posthuma quæ seros circumvolet usque nepotes)
Ponere tectigeræ Molis fundamen habentur,
Nominis atque Urbi geniale imponere Numen:
Ceu vocale sui monimentum, atque impete vivum,
Per Lariúmque vices in sæcla resartile juges.
Tectonicæ probat hoc princeps consultior artis
*Dinocrates*, fidente simúlque hinc ista Minervâ:
"Emathium Fulmen Terris fatale domandis,
"Quando tuis fluet auspiciis nunc *Orbis in Urbem*;
"Nostra quoque Ars tanto dignum quid parturit ausu.
"Culmina nubifero Mons æmula tollit Olympo
"Patrius, & celsâ subjectum verticis arce
"Exstat obumbrantis Lemno tenus Hellespontu m:

Octona

"Oclona in quantum decies Parasanga tetendit.
"Nullibi limpidior vel tersior aetheris aura
"Mortales pascit: Nunquam grave sidus *averno*
"Incubat afflatu. Morborum hinc exulat agmen;
"Innocuum dedit ipsa *Salus* ita nomen ATHŌO.
"Hic locus Urbis erit. Poscunt hunc fata, manûsque
"Augustus victricis apex. Situs ille decorus
"Et lenocinio formæ geminetur honoro.
"*Runcina* pro *celo*, pro *tornis* ecce *ligones*;
"Spiret ut humanâ rupes normata figurâ,
"Te gaudens Domino, *Xerxem* quæ passa tyrannum.
"Stent humiles alii meriti pro margine: Mirâ
"Ipse colossæum stabis sub imagine Montem,
"Incumbens populis venerantibus Urbifer *Atlas*.

Obstupuêre Omnes, fremitúmque dedêre secundum:
Pellæus juvenis, Mundum quo vicit, acumen
"Stringit ad hæc regerens: Moniti mirande repertor,
"Municipi tamen unde meo inter nubila pacas
"Ventris ineluctam rabiem, stomachique Charybdin.
Hæret ibi iste vado. Tum mox oblivia fassi
Ex fulgore datum derisit Concio fumum.
Conspicuámque famem Regi nil ritè moranti
Inferiora placent. Uber tenet atque saluber
Nilus Alexandrina solo sita mœnia presso;
Quæque ita Bucolicam tollunt Augusta *Rhacotin*.
Nempe inconsulto nascent molimina Ventre:
Semper & ante omnes caleat *Jovis* ara *Dapalis*.

## OOKEY-HOLE, neere *Wells* in Somerset-shire, described at large *A.* 1632. being but briefly touched by M^r CAMDEN in his Britannia, and by M^r SELDEN in his Notes on *Draytons* Polyolbion.

*Art wing'd with Wit and Labour, must retreat*
*To boundles* Nature. *And lest our conceit*
*Damp't with religious horrour we present*
*As well the grimmes of this dark descent,*
*As ever we have worthy upheld*
*The winding steps of a Chaos by pyramid,*
*We streine our Charter, leave but Surfacers,*
*And of two Elements the Borderers,*
*Is't curious Ambition, when our masse*
*Of lumpish mould wee upwards force to passe*
*And check the Center, for to overlooke*
*With a commanding prospect? Or dos't brooke*
*Th' ejaculations of our better part,*
*To be a way-bit homeward rear'd by art*
*Joy too on humble Curiosities,*
*That dares awhile entombed in darknesse,*
*And clasp't i'th' shady wombe of this huge Earth,*
*Trample her bowels. Melancholy mirth*
*The rocky hills of Mendippe (from whose Grasse*
Saturnian *Metal fowl by sweating Quarry,*
*Doe owne this* Wokey-hole; *And reach his Fame*
*That Art and Nature th'hardest penetrate.*
*Looke home for Wonders: spare beyond Sea ken;*

*Heer's that outstares the Cuman* Sibylls *Den.*
*The Forefront of a gaping Rock see first,*
*Amazing how't should to such a Concave burst.*
*Within rough vaulted Arches terrour strike*
*To mark stone-Hillocks some fal'n, and some like.*
*Then Cells distinct, roomthie variety,*
*As if a well contrived Grange or rook by.*

*Yee*

*Yee grisly Satyrs, suddain-scaring Pan,*
*And sullen Sprites, that subterraneous*
*And uncouth hollows haunt; from dismall frightes,*
*From stifling damps defend us and our lightes:*
*That this blind Cave may its* Depositum
*Safely returne to Day-light, whence we com.*
*View heer what high-roof'd Vaults? where the leaſt ſound*
*Into a ſhaking Eccho doth rebound;*
*Contracted onwards to a pinched enope,*
*Unpaſſable but by a creeping ſtoope:*
*Where rugged Pav'ment, or els ſlipp'ry footing*
*Is ſtrondly hindring to our purblind tooting.*
Palace of Silence! *For we no wayes ſee*
*Stirring inhabitants: Unles there be*
*Roofe-neſtling Batts above, and drum below*
*Doth a ſtill gliding River ſadly flow.*
*Prepare your Eares or Eyes to hear or ſee*
*Who are devout in Natures ſcrutinie;*
*Contemplate on a Sacred Myſtery*
*In this retired Shrine reſerved by,*
*Worth all our vent'ring: Nor more ſtrange, then true,*
*Th' admired Change of* ſaxified Dew.
*Thus may* Contraries *be* co-incident.
*No wonder then, a drop-fret Pavement.*
*Sith by a mutuall Tranſmutation*
*From Stone comes Water, and from Water Stone.*
*Whether here* Succus lapideſcens (*found*
*The ſperme of Stony ſubſtance*) *doth abound:*
*Or elſe Chill exhalations reeking up,*
*Reverberated into dew a top,*
*Habituated to this rock-pend Ayre,*
*Steale an unthawing hardnes. Lo! how rare*
*In Wild devices is Great Natures ſlights?*
Above, Aſide, Belowe *they charme our Sighs.*
*'Bove pendant Marble icycles ſprigg out*
*From th' roofe, thus by gradation brought about?*

*A Whey-ish drop to gravel curdleth fast,*
*Thence ſoftiſh Stone, then flinted rocke at laſt.*
*Along the walls the roapy trickling ſhewes*
*Like antick Freſt-worke in embоſſed rowes;*
*And with* Chimæra's *inarticulate*
*Peſter's the prying Fancy of our pate.*
*The Ground doth laſt a ſerious ſport preſent,*
*Where roof-faln dripps mount to a ſtrang aſcent:*
*(Like freezing fallings of a Winter-ſpout)*
*From a white Spot a Knobby Stump comes out,*
*Mounting t' a ſtony Stake; till endles drop*
*Cemen'ts it to the roofe a Pillar-prop.*
*Thus fall of ruinous lumps, or congeald droppings*
*May damme the way with never-cleared ſtoppings.*
*Which doth occaſion probable ſurmiſe*
*A vaſter unknown region inward lies,*
*Barr'd the deſcry of irreptitious light,*
*Dreariely ſtifled in eternall Night.*
*This* Dark's *enough diſmantled. Lights dimmne burne.*
*Who bravely venture, fairely may return.*
*The Day peepes on us: wish a ſecond Morne.*
*Bleſt be yond Light, without which Life's forlorne.*

---

## Bathonia.

*Right* Apollo, *who doſt ſhine*
*The* Numen *of ſweet Medicine;*
*From whoſe golden lockes deſtill*
*Balmy drops to cure each ill:*
*Still defend thou from all ſcath*
The *boyling ſprings of famous* Bath.
*Let the waining Moones faint beames*
*Command the courſe of chiller ſtreames,*
*The conſtant and unconſtant Guide*
*Of the reciprocating Tide.*

*Theſe*

*Thefe be* Thine; *exempted free*
*From th'other vext fraternitie;*
*By our Auncients long agon*
*Stil'd* * The Waters of the Sun.
Iö PÆAN! *A good Spirit*
*Doth theſe ſovraigne waves inherit:*
*Founts, that have an vſing trick*
*Not for the thirſty, but the ſick.*
*Emp'rick's and booke-prompted* Sophi's,
*Adore here Æſculapian Trophies;*
*The propping* Crutch, *the ſwadling* Tie,
*And what receverd ſtrength lays by.*
Oyes, Crayzie! *Come and follow*
*To this health-market of* Apollo.
*Whom in-Griefs rack, or out-Sores peſter,*
*Goe or creep to* * Akemancheſter.

* Aqvæ Solis *Antonin. Itiner.*

* *The old Saxon name of the Bath.*

---

## ANNOTATA.

Pag. 6. lin. penult. *Orationem ſolutâ ſcripſit Ariſteas Proconneſius.*

ARiſteas Theogoniam ſcripſiſſe dicitur Suidæ verbis ἔπη λόγου ἐν ᾠδῇ. *Orationem ſolutâ ad verſus mille.* Sic interpres habet Æmylius Portus, quem ſequitur Voſſius lib. De Hiſtoricis Græcis cap. 1. Nec aliter ſonat ea vox apud veteres quoſdam; præcipuè Plutarchum, qui Νῦν μέγιον ἐς κατάλογάδην junctim locat. At ſequens vox ἄιδῃ reclamat, quæ in pedeſtri ſermone non verſum, hoc eſt, ſcripturæ proſaicæ lineam; ſed Metrum notat, & ſanè Metri ſpeciem Heroicam: unde diſtincti ab Iambicis & Melicis Epopœi. Adeo ut utrobique Ariſteas etiam in ſuâ Theogoniâ fuerit Epicus, vel Hexametrorum Dactylicorum poëta; ſicut clariſſimè fuit in illâ ſuæ Arimaſpidos tribiblo, propter verſus inde quoſdam Gnomicos de Navigationis miſeriâ productos à D. Longino περὶ ὕψους. cap. 8. Qua propter (ut Straboniana diligentia patrocinium ſuſcipiamus) aliter ſonat Suidæ vox κατάλογάδην, nempe *per modum Catalogi*: id eſt, nominibus nudè tantùm recenſitis: non φαντασμωδικῶς κατάλογάδην cum fabuloſæ

buloſæ hiſtoriæ intertexturâ; qualiter Heſiodus Theogoniam ſuam ſcribit. Καταλογὴ eſt propriè *directio & continua ſeries numerandi pronunciandive*; unde transfertur interdum ad orationem ſolutam, quaſi liberè laxéque profluentem, nec certis metrorum legibus & modulationis recurſu illigatam. Hinc elegantiſſimè ex veteri & veriori ſcripturâ apud Apuleium in Floridis dicitur *oratio Prôrſa*, hoc eſt, *proorſa*, rectâ uſque procedens; non converſa modulatimque recurrens. *Ordiri*, *ordo* à Gr. ὀρθὸς, ὀρθὸω, ὀρθωτὴς, Ορυς. Hinc per vulgarem Syncopam *Proſa*, *Proſaicus*. Heſychius Mileſius, cognomento Illuſtris: "Ἀεισίν τὴ Πεζογραφίαν φασὶ τὴν ψυχὴν ἐξιέναι τὸν ἄνθρωπον, ὑπνώσαν πάλιν. *Ariſtea Proconneſii animam corporis domicilio exceſſiſſe, rurſuſque, ubi vellet, ſubiiſſe memorant.* Sed Herodotum haud ſatis clarè tranſcribit, lib. IV. cap. 13. Ubi Ariſteas Cauſtrobii filius ex Proconneſiorum nobilitate primariâ ſcripſiſſe dicitur "Ἀρίμασπεια carmina, præſtigioſus exertim Poeta ποίημα ἔπη, *verſificator*. Utpotè admirationis excitandæ gratiâ, profeſſus ad Iſſedonas Arimaſpis proximos veniſſe ἐνθουσιάσας ὑφ' ἀπόλλωνος *à Phœbo inſtinctus*. Quod ab Herodoto ita latiùs exponitur ex civium ſimpl. Cyzicenorũq. relatu; "domi animam evolâſſe ex corpore cadaver ſimulante; ſed poſtea "ſimul diſparente, ſic, poſtquam Cyzici fuiſſet conſpectus, pere"gre veniſſe ad extrema terrarum, Iſſedoniam: ubi de Arimaſpis ul"terioribus hiſtoriam didicit, quam à ſeptennio ſuis recomparens "poëmate inſuſ. Quin & Metapontini Herodoto præterea tra"debant, annis ducentis & quadraginta ὑπὸ Μεταποντίνων poſt "*ſecundam diſparitionem*, vel mortem veram, eum apparuiſſe apud ſe "ſub Κόραξος *Corvi* formâ, cum juſſu extruendi aram Apollini, & "ſtatuam Ariſteæ Proconneſio: ἑαυτὸν γάρ φασι ὁ Ἀπόλλων Ἰτικοῖσιν "μούνοισι δὴ ἀνθρώπων ἐπιφοιτᾶν. *Quòd diceret, ipſos eſſe Italiotarum ſolos, in quorum regionem Apollo veniſſet.* Sub hâc obſcurâ hiſtoriâ latet aliquid præclari, quod Philomuſorum gratiâ propalabimus. Θοιβιάσας Ionicè pro ποθιάσας, idem quod ἐνθουσιάσας, ἐνθεάσας, ἐνθεάσαι. Habebatur autem hæc Ecſtaſis duplex olim: vel *Ordinaria*, quandoinquierè vigilantibusobtingit ea mentis alienatio, ut multas resdicant, agãntq; quarũ poſt analepſin ſint immemores omninò; veluti Pythiæ: vel *Extraordinaria*, quando corpore ſopito, Anima foras peregrinatur; quod Ebræi dicunt, יצא ברוח *efferri in ſpiritu*, Ezek. 37. 1.

Quod

Quod curiosuli exaggerant ad Corporis unà translationem. Portò Aristeæ figmentum erat observatio *Deorsi*, atque argumento signanter Hyperboreali adaptabatur. Quamvis enim Herodotus pœnè totius Aristeæi summam breviter delibans, facit Arimaspos ab Hyperboreis esse diversos, (ut pote citeriores, Gryphibus suis custodibus interpositis; quod facit & Pausanias ex eodem Aristeâ) re verâ tamen iidem erant. Nam Hyperboreæ virgines Ὦπις & Ἄρπη Herodoto lib. IV, 33. eædem Callimacho Ὦκυ & Ἑκαέργη dicuntur fuisse — ἐκ ξανθῆς Ἀστερίης Hymn. in Delum. Quod & Scholiastes vidit, exponens Arimaspos ἀνθ' ὧν Τυφλοῦσιν. Liquet item ex antiquo apud Pindari Scholiastem poetâ Pherenico mox enaculando, cui rex Hyperboreorum dicitur *Arimaspus*. Abaris Hyperboreus sagittam circumtulit per universam Terram ἄνευ σιτίου & cibo carens & impastus, referente Herodoto *l.* IV. *c.* 36. id est, in Græciamve hebatur per aerem sagittæ quidem inequitans aureæ, unde cognominatus αἰχμοβάτης. Ut monet Jamblichus de *vitâ Pythag. c.* 28. Nonnus Dionys. XL.

Ἕλλησι αἰὲν Ἄβαντα, τὸν οὐκ Ῥιπῆες ἐκηβόλκα
Ἴαονίδης ὠλιγάδας ἀνέμοις ἐνέπηξε θοῆσι.

Apud Scholiastam Aristophanis in Equitibus Act. 2 Scen. 2. ad αἰγανίσιν λοιμὸν, *Fame & pestilentiâ ubique terrarum sævientibus, Apollo Pythius oraculo jubet Athenienses* τὰ πρώτεια (sacrum Arationis auspiciale) *progenitibus cunctis facere. Hinc multo tyssane illa gratabunda primitias frugum undequaque Delum mittebant, inter quas & Hyperboreas per Abarin Dianæ sacrum tegatum.* Cui faciunt Suidas, hoc factum inquiens ἀφ' ἧς τοίνυν Ὀλυμπιὰς ἐτελεῖτο, ut & Eusebius Chronico, Harpocration initio Lexici: Ob quod videtur fuisse Athenienſium illa prærogativa primitias anniversarias ab Hyperboreis excipiendi, & in Delo sistendi; quam Pausanias memorat in Atticis. Ἐν Πραξιδίκαις Ἀπολλωνιάτου ἐν γοῦν ἐκείναις τοῖς ἐκφόροις ἀπὸ Ὑπερβορέων ἐς Δῆλον ἀφικνεῖσθαι, ἐς Ἀθηναίους δὲ ἐκ Δήλου ἤδη τὰ ἐκφόρια ἐλθεῖν. Ἀναγραφὴ δὲ ἐπὶ τοῖς Σανίδι ἐστὶ Διονύσου ἀναβάντος ἐπὶ τὸν Ἐλαφηβολιῶνα μῆνα. Ἑλλάνικος δὲ Πεγασαῖς, Ἀθηναίοις ἤδη τότε καὶ ἐς Δῆλον ἀγομένοις. καὶ ἐστὶ χαλκοῦν ἐπιγράμματα ἐν τοῖς παλαίοις γράμμασιν ἐπὶ τῷ ἀνδρί. *Apud Prasienses est Apollinis templum, cui primitiæ Hyperboreorum venire perhibentur. Nam Hyperborei tradunt Arimaspi, Arimaspi verò Issedonibus, ab his*

his deferunt Scythæ Sinopen; (urbem in mediano Ponti litore Græcanicam) inde per Græcos deferuntur Prasias, (pagum Atticum) per Atheniensis Delum. Ubi perperam Arimaspos ab Hyperboreis distinguit cum Aristeâ, ut modo dictum. Quin hæc πτηροφυΐα censeatur nulla, sed in gratiam Atheniensium ficta. Nam aliâ viâ peregrinatur primitialis ista pompa juxta Herodotum lib. IV. ubi Hyperboreorum ἱερὰ σεσταμένα ἐν καπίσῃ πυρῶν Sacra triticea stipula (vel manipulo, Wheat-sheafe) illigata solebant deferri quotannis regionatim & ordine ab ipsis ad usque primos Græcorum Dodonæos, & inde Delo tenus; per duas Hyperboreas virgines, quarum priorum nomina Ὑπερόχη atque Λαοδίκη posteriorum Ἀρτεμὶς & Ὦπις. Cui suffragatur Callimachus, qui à Dodonâ per Μηλίδα Melidem Trachinis urbem & Eubœam insulam Primitias illas deducit: quamvis agnoscit navem Thesei perennem Theorida, sed ut propriæ tantùm religionis causâ, Delum quotannis pervenire, his verbis.

—καὶ ἔσπετε Δηλιάδες ἱερὴ φυλὴ
Κεκροπίδαι πίμπουσι πυκνὰ—

Deinde causam Diodorus aliam affert lib. II. Ubi postquam ex Hecatæo protulerat ἔχει δὲ καὶ τὴν Ὑπερβορέων ἰδίαν φωνὴν Habent peculiarem Hyperborei linguam mox addit ἔοικε δὲ καὶ ἡ τῶν περὶ Ἄβαριν καὶ Ὀλύμπον παλαιοτάτων τὴν φωνὴν, ἀνακεῖσθαι καὶ πρὸς Δηλίους διὰ τὴν συγγένειαν Sic & Abaris quondam in Græciam profectus est, ut prisca cum Deliis amicitia & cognationis necessitudinem renovaret. Interceserat enim Græcis cum illis antiquior familiaritas, prout Herculis & Persei docent historiæ. Pausanias Eliacis prioribus, de Olympionicarum coronis. κομιδῆναι δὲ τὴν ἀγριελαίαν φασὶ ἐκ τῆς Ὑπερβορέων ἐς Ἕλληνας ὑπὸ Ἡρακλέους τοῦ Ἀμφιτρύωνος, ἐκ τοῦ πρὸς τὸν Βορέαν. Hercules oleastrum attulisse traditur in Græciam ex Hyperboreorum territorio, qui supra ventum habitant Aquilonem. Quos memoravit primus Olen Lycius (alius est Hyperboreus, de quo mox) secundus Melampus Cumæus Hymno in Opin & Hecaergen Hyperboreas; tertius Aristeas Proconnesius adhuc diligentius, utpote περὶ ἐκείνων πεποιημένος ἐξ αὐτῶν Ἰσσηδόνων, ἐς ὃς ἀπικέσθαι φησὶ ἐκ τῆς ἄνωθεν plura de illis edoctus ab Issedonibus, quos adiisse refert in versibus. Idem Paulò longè prior Pindarus Olymp. III. Hercules Olympicorum certaminum institutor ab Hyperboreis

Hyperboreis placidè impetratum attulit γλαυκοβλεφαρον κοσμον ἐλαίας *glaucum ornamentum Olivæ*. Ubi ἐλαία ponitur pro ἀγριέλαιος vel κότινος *Olea sylvestris*, *Oleaster*; unde Olympionicarum coronas fuisse factas constat: Nam oleastri color glaucus est, non olex. Ibi Pindarus Hyperboreorum sedes ait esse Ἴστρου παρ' ὄχθαις *Danubii ripæ*, *fontes*, vel sylvam Hercyniam; quasi locus iste sit maximè subjectus Borealì cardini. Quin Hercule Perseus paulo antiquior Danaes filius, Minervâ duce, ad Hyperboreos quoque penetravit, indéque Medusæ Gorgonis occisæ caput abstulit serpenticomum; eodem Pindaro teste, Pythiorum odâ X. & XII. Alii Poetæ Gorgonum sedes in Libyâ statuunt; verùm quibus imposuit Æthiopiæ vox ambigua. Quid quòd Pythii apud Græciam oraculi conditores fuisse ipsos quoque Hyperboreos est famigeratum? Pausanias idem Phocicis. Βοὼ δὲ γυνὴ γενεᾷ τετάρτῃ ἀπὸ Ὀλένου, ἣν καταπεφεύγασιν ἐς Δῆλον οἱ Ὑπερβόρεοι τὸν τε ὕμνον, καὶ Ὀλλῶνα. *Boo mulier vernacula hymnum Delphis fabricata, prodidit oraculum Apollini conditum fuisse per Hyperboreos advenas, Olenem cum aliis.* Hi *alii* vetibus illicò subjectis nominatim sunt Παγασὸς καὶ Ἄγυιεὺς *Pagasus*, & *Agyieus*. Quum Hyperborei dialecto uterentur privâ & à Græcismo longè dissonâ (ut superiùs tradidit ex Hecatæo Diodorus) oportet ut Nomina ista sint Hyperboreasmi mera ἐθνικὰ interpretamenta, quippe certissimè Græcissantia. Nam Ἄγυιεὺς est cognomen Apollinis ipsissimum; quod notione, non effigie, Latinorum *Janus* exprimit quasi *Eanus ab eundo*: ut rectè Varro. At Ὀλλὼ cum ipso nomine Apollinis videtur cosludere. Porro tertium Παγασὸς consonat Argûs naugegeo. Unde mythologiam Apolline non indignam elicere possimus, quam tamen alteri loco parcimus. Idem statuendum est & de superiori Virginum Hyperborearum nomenclaturâ, quarum honori memorabili Virgines Græcanicæ crinium suorum primitias amputabant, ut Juvenes honori Juvenum Hyperboreorum; Callimachus Hymno in Delum. Qui commodiùs addit tertiam virginem Hyperboream Λεξὼ pro numero Juvenum, & ex ratione mox adducendâ. Hinc miri nihil, quum

*Gentis Hyperboreæ gratia tanta fuit;*

si Apollo ipse certis temporibus cum præsenti Numine in Hyperboreorum sedes patrias migrare crederetur. Claudianus id non uno loco deprædicavit. Sunt tamen antiquiorum testimonia: & primùm, certè antiquissimum, ejusce rei authorem dabimus. Ut Suidas fidem facit; inter metrica scripta, quæ post se reliquerat Abaris, exstabant Σκυθικὰ χρησμοὶ Scythica (i. *Hyperborea*) *oracula*, & Θεογονία καταλογάδην, *Theogonicus catalogus* (ut vox ἐπίσης ad Abaridis opera omnia pertineat) item Ἀπόλλωνος ἄφιξις in Τοὺς Ὑπερβορέους *Apollinis adventus vel iter ad Hyperboreos*; cujus ultimi partem Hecatæus vel quis alius luculentam expressit, à Diodoro sospitatam. Intelligimus de intervallo adventûs Apollinei. Biblioth. lib. II. Λέγεται δὲ καὶ τὸν δι' ἐτῶν ἐννεακαίδεκα χρόνον εἰς ἑαυτὸν ἐπανέρχεσθαι, ἐν ᾧ φασὶ καὶ τὴν ἄφιξιν ἀποτελεσθῆναι τοῦ θεοῦ· ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἐνιαυσιαυτῷ κύκλῳ τὰς τῶν ἀστέρων ἐπανόδους συντελεῖσθαι. *Fertur & Deum* (Apollinem) *undevigèsimis annis sensui insultare* (Hyperboreorum) *adire: quo spatio astrorum in pristina loca revolutiones perficiuntur; ideoq; XIX annorum circuitum, Magnum à Græcis annum vocari.* Iste magnus Annus est nobilissima illa Ἐνιαυσιαυτικὴ Periodus Novendecennalis (quæ hodie in vulgaribus Kalendariis appellatur *Cyclus Lunaris*) quando *Phœbus Apollo*, & soror *Diana Phœbe* sese apud Hyperboreos invicem salutant & amplectuntur hoc est, quando contingit notabilis amborum Luminatium Συναπογραφὴ, quando SOL & LUNA in vasto æthere cursus pariant suos & coæquant: Noviluniis aut Pleniluniis eandem ejusdem Diei (puta Æquinoctialis Verni) Horam, Horæque fermè particulum occupantibus, quam nonnisi ante Novendecennium occupâcant. Quapropter ut Cicero Intercalaris diei observationem dixit *Mysteria Olympiadum*, (vide Scalig. de Emend. Temp. lib. II. cap. ult.) ita Caput cycli Lunaris possum dicere *Mysteria Hyperborea peregrinationis*. Ingentes omnino Diodori Manibus debentur grates, quòd vestigium hoc Abaridis expressum servaverit: est enim planè Chronologicum ἱερώτατον. A Vulgo Chronologorum hujus Cycli Novendecennalis pura inventio tribuitur Metoni Athenienſi Mathematico (quem Aristophanes traducit in Avibus) unde cognomen *Periodi Metonicæ*, quam Callippus refinxit, sed Hipparchus planè consummavit, uterque gradatim quadruplicando.

druplicando. Nos in nostrâ Diatribâ, (quæ CHRONOLOGIA TRIUMPHANS inscribitur) ostendimus ex historiâ Diluvii Lunarem annum Solari compatatum, quod fieri nequit absque hujus Cycli adminiculo; Patriarchis Antediluvianis (quicquid Scaliger contra dicat Emend. Temp. lib. 3. cap. 6. *De anno priscorum Ebr. & Abrahameo*) innotuisse: nec sagaces illos Macrobios, & Astronomiæ parentes fuisse hâc etiam in obviâ parte *inexcusabiles*. Inde Cyclus iste ad posteros derivabatur Ebræos, quorum Coryphæi *Abrahamus & Moses*. Quare Cyclus Lunaris Metone fuit immane quantum antiquior: verùm in arcanis habitus, & à vulgo celatus; ut alia apud Græcos complùria, quæ alibi tempestivius indicabuntur. Meto primus apertè suis populanibus communicavit, aliunde acceptum; quod, ut sæpe aliàs, Græci vocant *Ἐυρηκέναι* invenisse. Tamen Diodorus, memor Apollinis, de Metone cautè dicit non *ἐυρηκέναι* invenisse, sed [illegible] exposuisse (vel *publicè proposuisse*) nominatum Enneadecaeterin. Scaliger Emend. Temp. lib. II. cap. 5 inadvertenter nimis accipit hunc Diodori locum *de Enneadecaeteride gentium Hyperboreorum*. Primùm nobis dixisset, quænam illæ gentes fuerint, aut ubi terrarum verè habitarent? Si standum sit fabulis Græcanicis, erant sub ipso vertice Boreali; vel etiam ultra verticem: unde nomen. At Doctrina Sphæræ reclamat unà cum Experientiâ Nauticâ, neminem illic ob frigoris vehementiam penetrare potuisse; nedum habitare in tanta Cœli solíque beatitate, quam de illis fabulabantur. Sed quum Apollo Pythius ex mediâ Græcia tum ad Hyperboreos extremos constanter proficisci fingeretur; quis paulò sagacior jâ non sentiat esse de ipsâ Græcorum Olympiastarum arcanâ Enneadecaeteride potiùs accipiendum, quam idcirco vocamus Pythiam? Fieri potest, ut hæc Pythia non prorsus eadem per omnia fuerit cum Metonicâ; sicut neque hodierna Juliani anni. Cui tamen congruit in præcipuis: nempe numero Annorum novendenario, & Intercalationum septenario; quamvis non in Anni quantitate aut serie Intercalandi. Probabiliter tamen eadem fuerat ex initii argumento. Quoniam Metonica inchoabatur à Solstitio æstivo, (ut agnoscit ipse Scaliger) sicut & annus Olympiadicus. Cur autem sacerdotes Pythii potiùs Hyperborei, (quos loco suo Lector à nobis intelliget)

telliget) quàm Ebraicis Chaldæis debere suam Enneadecaeteridà præ se ferrent, aut Invidiæ malignitas fuit; aut fucatæ Ambitionis rumor, ne à tã vicinis accepisse viderentur. Illa verba ὁ ἐπιτὰς ἀπολλωνίου ἐπὶ τὰς τῶν ἀστέρων ἐπὶ τὰς ἀποκαταστάσεις, *in quibus Siderũ restitutiones perficiuntur*, sunt Diodori velut interpretantis Mythologicã historiam Abaris ipse versu solùm expresserat ἐξ ἐτῶν ἑκάστων ἀποκαταστάσεις *revertendo quoque anno*, metatus intervallum ab unâ profectione Apollinis ad aliam; reliquum instar sacerdotis Apollinei tacitâ conscientiâ supprimens, uti mysterium. Quomodo Ebræi Scribæ (à quibus id acceperant Pythii mystæ) vocant סוד העבור Sod Ha-Ibbur *mysterium Intercalationis*; ut Bissextilem Tullius modò *mysterium Olympiadis*. Nescio an Diodorus Enneadecaeteridem satis ipse ceperit; dum generatim ait ἄστρων. Quippe non *omnium*, sed *annorum* duntaxat Planetarum cum Stellis Fixis restitutio tum fit & conciliatio; *Solis* & *Lunæ*. Quommodo Pindarus ἄστρον Solem appellasse observatur Olymp. I. Neque satis clarè rem aperit etiam ubi de Meronicâ Periodi hujus introductione loquitur lib. XII. ad Olympiadis 86 annũ quartum Μάνων ὁ Πανοπεὺς ὠνόμασε, Ἀθηναῖος ὢν τὸ γένος, ἐπιστήμων ἀστρολογίας, καὶ πρῶτος ἐξεῦρε τὴν ὀκταετηρίδα, ἣν καλοῦσι μὲν Ἕλληνες ἐννεακαιδεκαετηρίδα, Ἀθηναῖοι δὲ Μενωνείαν. Sic & alibi in eodem libro, prout observavit Scaliger Emend. Temp. lib. II. cap. 5. Hoc factum contigit circiter 335 annis post Abaridem, qui tertiâ Olympiade (vel nono Anno Iphitæo) Græciam appulerat ab Hyperboreis; ut supra. Ita Meton nihil præstitit magis, quàm J. Cæsar. Nam Ὀκταετηρὶς Ἑλλήνων probè cognita fuit apud arcanè doctos ante publicationem Meronicam; ut Ἐνιαυτὸς Αἰγύπτιος ante Julianum; quod Olympiadum ratio evincit apud Græcos, & Periodi Sothiacæ vel anni magni Canicularis apud Ægyptios, magistros Græcorum Olympiasarum. Unde Olympiadici anni principium erat Ægyptium vel Niloticum, videlicet Solstitiale. Quod agnoscit & ipse Scaliger Emend. Temp. ibidem. Tametsi pro purâ Metonis inventione pugnet acriter alibi. Lectoris aurẽ inauditiunculâ conabor haud insciâ vaporare, rémque simul adhuc dubiam clarissimè nunc expediam. Olympiadis octogesimæ sextæ annus quartus quando Meton suæ Enneadecaeteridos primum annum proponebat, annus Iphitus fuit trecentesimus quadragesimus

quartus; poſt Abaridis adventum (qui in Suidâ, Euſebii Chronico, & Harpocrationis Lexico ſignatur τῇ πρώτῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ. *Tertiâ Olympiade*) trecenteſimus trigeſimus quintus. Jâ Enneadecaeterides octodecim habent anno in ſeptingentos quadraginta duos, atque ita intervallum ab Abaridis adventu ſeptem annis exuperant, ad Metonis Enneadecaeteriſta annum Iphiteum duobus deficiunt. Quare ut omnia ad amuſſim quadrent, & ſint (Æſchyli voce) ἐπίσκοπα, pro his apud Suidam & Harpocrationem verbis τῇ β΄ ἔτει τῆς Ὀλυμπιάδος lubrico errore depravatis legendū ſciſtimus omnino τῇ τοῦ ἔτους Ὀλυμπιάδος *anno tertio Olympiadis primæ*. Quæ prima ſic abſolutè dicebatur, quòd ejus anni cum annis Iphitæis iidem eſſent. Et hoc anno (vel præced.) ſignamus verū Abaridis adventū. Unde duo hæc etiam aureolis conſectariis firmiter emergunt. 1. Periodus Metonica prima, fuit Enneadecaeteris Pythia vel Abaridea decima nona: quām igitur Meton ipſe neutiquam τὸν κύκλον prompſit, at derivatam accepit quocunque demum modò à Myſtis Pythiis, ſive ipſemet, ſive per Oenopidis *Phœnicum* præceptorem, qui ἐνιαυτὸν inquilinus Athenienſium ἐν τῷ Ἀνθεμίωνι τοῦ ἀστεροσκοπείου *aſtronomicas circa puncta Tropica obſervationes à Lycabetto monte captabat*. Theophraſtus τὸν ἐπιφανῆ. Iſte mons Atticæ maximus in Antigono, Suidâ, Plinio, Solino ſcribitur Λυκαβηττὸς abſque literâ M. Sed perperam. Eſt enim præcelſi montis nomen apud Simonidem, & idem cum λιλαίομαι. Nempe pro λιγαμένα, λυγίαν ἀναβᾶσιν, tortuoſo circuitu conſcendendus. Ut λιλαίεται pro ἀλλᾶται eâdem notione. Sic Ἀνθεμίων mihi pro ἀνὰ βᾶς reflexim, converſim iens ut Annus, annulus. VV. 2. Sicut *Apollinis abitus ad Hyperboreos cum redeundi* ſymbolum Enneadecaeteridos fuit abeuntis antiquæ & novæ redeuntis, ut apertè liquet ex Diodoro: ita planè *Abaridis in Græciam adventus* adeò portentoſè ſplendidus (ut qui per aërem fingebatur *aurea ſagitta* inequitans adveniſſe, Suidæ verbis, Ἀπόλλωνι συνδιῶν *Apollini familiaris*, & quaſi ad Hyperboreos invitans) fuit ſymbolū Enneadecaeteridos primulùm apud Græcos inſtitutæ, & poſtea continuò repetendæ; ſcilicet ad memorabiliorem Æræ aureanæ ſolennitatem. Quare non ſine cauſſâ Enneadecaeteris iſta, vel Cyclus Lunaris, hodieque in vulgaribus Faſtis appellatur NVMERVS AVREVS. Adeò in conſtitutione Olympiadum

non

non minùs Lunæ rationem habebant, quàm Solis, (uti sanè requirit Fastorum perfectio) cùm Tetraeteride Solari Lunarem copulantes Enneadecaeterin Olympiadis Pythii. Quas tamen postera diligentia perpolivit. Nam Enneadecaeterin plenè castigavit Triacosiotetraeteris Hipparchica; Tetraeterin Julianam aliquo modo Tetracosieteris Gregoriana, sed plenè nostra Hecatontriacontadieteris, vel *Cyclus Bissextilianus* 132 annorum à nobis inventus; qui loco suo explanabitur. Jam quæri potest qualesnam anniversariæ istæ Hyperboreorum fuerint oblationes: utrum nudæ frugum optimarum Primitiæ, an hi triticei manipuli reculæ simul arcanioris fuerint involucra? Priùs Callimachi verba suadent, cui dicuntur tantùm καλὰ τὰ βρέφη ἱερὰ δράγματα ἀμφὶς Stipulæ, & Sacri manipuli Spicarũ τῶν, Ἀκροτέλειαι δ' ἅπτονται χαιδεκάτιμαι primitiæ. Item Scholiastis Aristophanici de Atticis in generali fame macrantibus σῖτος ἐξ Ἴσου, velut amuletum esuriale. Posteriùs Herodoti verba prænemorata; & Paulaniæ, velut interpretando addentis τὰ μὲν δὴ ἀπαρχὰς κεκρύφθαι τε καὶ ἐν στάχυσι πυρῶν γεγενῆσθαι δοκέω· ἐμοὶ δὲ οὐκ ἐς πάντα ἐπαινέεται. Absconditæ Primitiæ quidem in tritice à stipulâ sunt, neq; eas cuiquam fas est inuerti. Quod quum Paulaniæ diligentiam effugerit, fortasse nobis est desperandum. At observans, ut Hyperborealium primitiarum titulo & deductione Athenienses donentur, apud quos præcipua sacra erant *Cerealia* nunc *Eleusinia*, nunc *Thesmophoria* dicta à Cereris cognomine θεσμοφόρος *Legifera*, ob certas Agriculturæ leges à Cœlesti motu pendentes; item ut ex arcaniore mythologiâ illis Humanæ vitæ tum *principia* tum *sustentacula* innuerentur: adducor, ut ista Deliaca, vel Apollinis Pythii sacra fuisse parilia credam. Maximè quum voces illuc Mysticæ spectantes in Apollinis templo reperirentur, (teste Porphyrio MS. à nobis olim explicando) quas ex Symbolicâ veterum Theologiâ recenset Clemens Strom. V. βέλτ, ζωὴ, χθὼν, πῦρ, ἐν· τετρὰς· κυκεὼν, Δίκαιον, μνημοσύνη, ἡλιος. Sextam, septimam, & octavam aliquatenus interpretatur Salmasius Exercit. in Solinũ (p. 896) ex Thespide Tragico apud eundem Clementem. Ubi duas voces κυκεὼν ἕλιξ in unam κυκεῶνιξ esse contrahendas (ut heic vides) arguit tum Epitheton Singulare λάλων in Thespide, tum Etymon alibi dicendum. Denique quum Apollinis iter ad Hyperboreos fuerit Symbolum Lunaris Enneadecaeteridos,

cur

cur non (Olympiadibus jam recenter institutis, Solarem Tetraeterin dirigentibus) & Annuæ manipulorum primitiæ forent Annuæ simul conditionis intra Enneadecaeterin eandem tesseræ? Adeò ut Manipulorum numerus Menstruo, spicatum Diurno responderet; uterque junctim Anno Lunari: unde & Cycli numerus, & Anni quantitas, & Intercalationum series diversè significarentur. Cui rei numerus Virginum ternarius est aptior, quem exhibet Callimachus;

Ὄσσαι τε, λεπτόν τι, καὶ ἀθέρα βαστάζουσι.

Ut *Hecaerge* Spicam vel Spicas dextrâ manu pro numero alicujus *Periodi*, vel *Cycli* (Anni magni) præferret; sinistrâ Manipulum Embolimæi mensis tesseram: reliquæ duæ Virgines *Upis*, & *Loxo* Manipulos utrâque manu tres pro numero Mensium duodeno. Unde arcanè condoceſiebant Ἐπαγόμενοι Græcorum, vel sacri Scribæ. Solebant aliàs antiqui rem Tempoream symbolicè denotare. In Athenienſium Republicâ (ut Suidas voce ἔτη ex Philochoro docet) ὧραι quatuor, θέρεια duodecim, quibus posteribus τρία triginta pro numero Tempestatum, Mensium & Dierum in Mense. Athenis quoq; Statuæ Demetrii Phalerei fuerant 360; Plin. 34 c. 6. Apud Strabonem lib. 16. utilitates τριάκοντα & Palmæ arboris totidem odâ Persica celebrantur; ut Gyndes fluvius in totidem ἐξ ὑχους rivos à Cyro divisus apud Herodotum lib. I. 202. & V. 52. Quæ omnia respondent numero dierum Anni Solaris æquabilis minoris in Græciâ olim ac Persiâ obtinentis. Nos quoque primi eandem Anni quantitatem ex Homero eruimus; ubi *Solis pecora* fabulosè describuntur juxta Cleobuli ænigma, quod habet Scaliger Emend. Temp. lib. I. cap. 5. ex Laertio id quod plenius enarratur in *Chronologiâ Triumphante* nostrâ. Quin Ægyptii regis in Plinio Amasidis thorax dedicabatur, ex filamentis in 365 minuscula liciadistinguendis constans; nempe pro numero dierum Anni Ægyptiaci. lib. cap.

Ex hoc prolixiore diverticulo revertamur ad Atlantem; quem in sui ἐφαγωγῆς professione diximus fuisse decori observatorem. Nam de Arimaspis Hyperboreis tractaturus, qui ob suum Apollinem Sapientiæ præstitem ut Gentium sapientissimi denotabantur; & cujus Abaris in Græciam aereo meatu cluebat pervenisse; ipse etiam,

quò dignior illis haberetur poeta, tale quiddam sibi voluit affingere. Profectò *Communio & unio* & *διάστασις disparitio corporea, & ἀέρια perambulatio* celebratus de Sapientioribus; tanquam subtiliori reliquis Animæ Corpus quoque subtilius conveniret: ex imitatione Geniorum, & Deorum incessu; aut saltem ex Magnetis contemplatione. Nisi forsan, ut ubique aliàs, hèic etiam *Diabolus Dei Simia*. Elisæus ad servum Gehazium *Nonne cor meum ibat tecum?* 2. Reg. V. 26. Sic Orpheus consecraneis pollicetur suis *noscere cogitationes aliorum* Procœmio ad libellum περὶ Λίθων *De Gemmis*. Sed præcipuè Christus evanuit è medio turbæ cingentis; tum obseratis foribus coram astitit: Quò referenda est & ipsius *ἀνάστασις* *resurrectio*. Ita ut omittantur fabulamenta de *Orci galeâ* Homericum, & de *Gygis annulo* Herodoteum; *Pegaso* vecti Bellerophon, & Perseus; *aurco Ariete* per aërem vectus Phrixus, ex Apollodori Bibliothec. lib. I. Idas à Neptuno *ἅρμα πτερωτὸν currum alatum* obtinuit, ib. Dædalus arte sua factus ales, Pythagoras in duobus locis longè invicem distitis (Metaponto Italiæ, & Tauromenio Siciliæ urbe) visus eodem die. Iamblichus de vitâ Pythag. c. 28. p. 127. Apollonius Tyaneus in mortis periculo constitutus, quòd sermonis Philosophicâ libertate Domitianum Cæsarem irritasset, statim è conspectu disparuit, *ἀφανίσθη τι ἢ ἄφατον ἐγένετο divino quodam & inenarrabili modo*. Philostratus vitâ ejus lib. VIII. cap. 4, 5. Denique inter alia vulgo portentosa hunc *διάστασιν & ἀφανισμὸν* hodie jactant & sodales Rhodostanitæ. Aristeæ tertia comparitio tria nobis exhibet enarranda; *Tempus, Modum, Oraculum*. Tempus Herodoto *ἔτεσι τριακοσίοισι καὶ δρισμῷ ἀφάνισιν* *trecentis & quadraginta post secundam disparitionem annis*. Pro *τριακοσίοισι* annotatur in margine varians lectio *διακοσίοισι ducentis*, quam præfert doctissimus Langbainius notis ad Longinum. Eo quòd Suidas ævum Aristeæ refert *Ὀλυμπιάδι ξ΄ καὶ Κύρῳ καὶ Κροίσῳ in Olympiadem L., ac porrò sub Cræso & Cyro*. Ut locum Vossius componit ex Olympiadum Anagraphe Histor. Gr. IV. cap. 2. At licèt admarginalis numeratio admittatur defitura in tempus quando post peregrinationem finitam Herodotus historiæ scribendæ animum appulerat, nihilo seciùs vacillabit Suidæ calculus. Herodotus clarnit circa Olympiadum 80 vel annum Iphitæ

um

um 318 ut Scaliger oſtendit Animadverſ. in Euſeb. p. 95. quem vide. Hinc, ut Ariſtez tertia comparitio detur Herodoto hiſtorias molenti coævæ, tamen anni 240 requirunt, ut Ariſteas fuerit Tyrtæo poetæ coævus circa Olymp. 25. ante Cræſi & Cyri ætatem annis paulo pluſquàm centenis. Sin textui lectio inoleta ſollicitari non debeat, & præferatur admarginali, 340 anni Ariſtez mortem ſiſtent circiter viginti 4 annis anteriorem primâ Olympiade. Adeo ut Ariſteas aliquo modo fuerit Abaridi coævus, tametſi ſenior. Neque video, ecquid abſurdi conſequatur. Quippe nuſpiam Ariſteas deprehenditur Abaridis meminiſſe: verùm in recenſione præpoſitus Abaridi. Ut apud Iamblichum vit. Pythag. cap. XXVIII. περὶ δὲ Ἀριστέα τὸν Προκοννήσιον, καὶ Ἀβάριδα τὸν Ὑπερβορέα τὸν μυθολογούμενον. Uterque Poëta fuit, & utriuſque poema fuit eodem lemmate inſignitum Θεογονία κατὰ στοιχεῖον Theogonicum Catalogus. Hanc Ariſtez antiquitatem ſenſerunt illi apud Strabonem lib. 13. qui Homeri præceptorem faciunt; vel eo quoque antiquiorem, uti Tatianus: ſed quos tam augendi nimios, quàm Suidam exiſtimo minuendi. Aſſeramus & Criticum argumentum à Stylo, qui Heſiodum quoque Homero juniorem arguit. Quantum enim poſſumus ex hoc unico fragmento hexaſticho judicare; Stilus Ariſtez non illam præfert antiquam ſimplicitatem, ut Homeri ætatem exæquet, nedum exuperet: magis enim terſus eſt, argutus, & inciſus. Producetur integrum, tum quòd ſit antiqui Poëtæ unicum; tum quòd interpretibus non probè ſatis ubique intellectum; tum quòd extrema pars in mendâ cubet.

Θαῦμ' ἀμῦν ἀ τοῖσι μ' ἐρείδει ἐπιθήσειν.
Ἀνέρας ὧδε καίνειν ἐπὶ χθονὶ εὐ πολέσσιν.
Ἀνθρώπους πάις ἀ σὺν ἔχειν χἀ ἔργα πατρός.
Ὀφθαλμὸς ἐν ἄστροισι, ψυχὴν δ' ἐν πόντῳ ἔχουσι.
Ἦπαρ μὲν δὲ ἔνοσι, φίλα κἀ χεῖρες ἔχουσι,
Ἔσχατ' ἀπὸ στόμαχοι ναυσὶ ἀπαλλαμένοισι.

Tres poſteriores verſus icainterpres exponit. *Oculos ad aſtra, mentem autem in mare* defixam *habent*: *Crebrò utique ad Deos charas manus tendentes, Vota faciunt extis miſerè vomentibus.* Rectè Langbainius annotator φίλα *propitias*, vel *ſuas* ex Heinſio reddit. Deinde ἀπαλλαμένοισι reddit *vomitibus*, *ſtomacho pro nauſeâ rejectanea*, quaſi ſublevaturus

sublevaturus interpretem heic planè nauseandum. Vide sis quam levicula unius literulæ commutatio sensum langoentem erigat mirificè. Legendum planè judico ἀνα παλλομένοισι *subsilientibus, tremule agitatis.* & παλλομένοισι *cordibus* non *extis*, sensu exsenso & ridiculo; quis enim extispicinæ locus in mari medio, & procelloso? Sed neque *stomacho*; nam hoc quoque est rejectaneum. Quod non ναύτης ταλαεργὸς mari assuetos, & nautas veteranos, verùm ἀσπλαγχνίην compertum est in tempestate nauseam pati. Sic θεοειδὴς καὶ ἰσόθεος idem quod θεοείκελος. Porrò ἐσθλὸς additur, quia semper alijs cor ἀγαθόμυθον, sed modicè: unde χρηίζω ἐ χρηίζοντος ἔμμεν. Huic loco respondent Homerica sequentia; —δοκέουσι δέ τι ἔργον ναῦται Δείλοισι.—Elegans fragmentum à nobis ita Latinissabit,

*Quin mea portento quoq; mens percellitur isto.*
*Terrigenæ sunt undicolæ: sic degener Arri est.*
*Pars hominum infelix, quibus exanimabile tempus!*
*Astra tenent oculi, sed vita obnoxia ponto est.*
*Nempe Deos crebrò, tensis ad sidera palmis,*
*Orant solliciti tremulâ (miserabile) fibrâ.*

*Qui nescit Orare, discat navigare.*

Falluntur, qui hujus Aristeæ opinantur Pollucem meminisse IX. c. 5. ubi τὸν Ἀρίστεον Ὁροὺς monetur hoc lambicon esse Ἡ τοῦ παλαιοῦ ἡρωϊκῆς πίναξ. Præsens n. Epicus fuit scriptor, non Iambicus. Modo miro Aristeas comparuit Metapontinis, at convenienti; sub Corvi figurâ, qui Apollini sacer ob sagacitatem; Poëtis inde dictus *Phœbëius ales*. Sed unde tandè fuit, quodtantâ Metapontini gratiâ pollebant apud Apollinem; ut neglectis aliis Italiotis vel Græcis Italiam incolentibus, (unde *Magna Græcia* nomen ob multas & contiguas illic Græcorum colonias, quæ alibi per Italiam rarè & dispersæ) solis ipsis copiam suæ præsentiæ faceret, solos ipsorum agros numine salutaret & inviseret? Hoc diu mihi videbatur obscurissimum, perplexissimum, & impervium. Donec lux ab Iamblicho fœnerata, qui τὰ περὶ Ἀριστέου Προκοννησίου, καὶ Ἀβάριδος τοῦ Ὑπερβορέου τὰ θαυμαζόμενα *Aristeæ Proconnesii, & Abaridis Hyperborei enigmatica miracula* Pythagoræis conferre videretur. cap. 28. p. 130. Vel ipsum Pythagoræ nomen est Apolline plenum; qui filius Apollinis arcanè perhibebatur; unde mater Πυθαΐς, mutato post nomine Πυθὼ dicta. Idè cap. 2. Laertius vitâ Pythagoræ, ex Aristippo Cyrenæo refert

refert eum ita nominatum ἀπὸ τῆς ἀϊδρίας ἐκ βίου τὴν τύχην. *Quod aquè curax esset, ac Apollo Pythius.* Est enim ἀμφίβολος idem quod ἀμφίδοξος Pythicè, oraculosè loquens. Lucretius expressit ad Epicuri doctrinam transferens lib. V.

*— sundere fata*
*Sanctius & multò certâ ratione magis, quàm*
*Pythia quæ tripode ex Phœbi lauroq; profatur.*

Imò (cap. 6.) Pythagoras pro Apolline Hyperboreo æstimatus fuit, quòd Abaridi τὸν χρυσοῦν ἵππον aureum ostenderet, qui fatebatur non dissimile ab illo Apollinis Hyperborei, sacerdos ejusdem numinis ipse. A quo, convivâ suo, auream abstulit *sagittam, quâ viam suam dirigebat* ἐπὶ τὰς αὐτῶν ἀφίξεις, ἃ ἐπιβαίνων καὶ mox ἀφ' ἁρμάτος ἐχ δίδου ἵνα καὶ ἐν ὁδοιπορίαις *quâ sipe viæ invenire potis non erat.* Idem cap. 28. Iamblichus huic accessitur ἀκουσματικός, qui Pythagoram anno ætatis decimo octavo tradit (cap. 2.) Thaleti & Pherecydi se applicuisse ob ingenii cultum. Thales autem natus Olymp. 35 anno primo, moriebatur anno ætatis septuagesimo, Olymp. 52. anno 2, (teste Laertio ex Apollodori Chronicis) vel 1. nonagesimo, Olymp. 57. ex Solicrate. Unde Pythagoras ita non nisi circiter 20 annos nasci potuit post Abaridis Legationem ad Græcos. Quare aut usque ad Pythagoræ perfectam ætatem in Græciâ moratus est Abaris; (quod viro concedi potest Hyperboreo, genuiliter millenario) aut potius nulla omnino fuit legatio Abaridis, sed mera Mythologia (ut anteriùs monitum) consultum primùm Enneadecaeteridos. Quam tamen pari jure Pythagorai adscrabant ob sapientiæ summæ professionem, ut sciendi cupidos invitarent ad penitiorem ordine disciplinâ. Quando ut Synesius prudenter insinuavit, apud indoles curiosas ἀπόκρυφον populdit τὸ σαφές. Unde scitè Timon Sillographus in Plutarchi Numâ.

Ἦλθε δὲ καὶ Πυθαγόρης τερατώδεσι κόσμον ἐπαίρων,
Ὅστις ἐπ' ἀκρίδος ἦεν, ἀνὴρ ἐπὶ πᾶσαν ἀπάτην.

Jam est in promptu explicari causam Metapontinæ prærogativæ. Quum Crotoniatæ ex invidiâ suspicione Scholam Pythagoræ trucidati crudeliter everterent, Pythagoræos alia loca opprimerent: Metapontini Pythagoræ memoriam venerantes ἐν τῷ αὐτῷ δόμῳ ἐν ᾧ ἐτελεύτησε ὁ Πυθαγόρης ἔτι καὶ νῦν δεικνύμενον, *statuam ipsius domum in templum Cere-*

*vti inaugurabant; inopportunum, in Musarum facellum* Iamblich. cap. 30. p. 153. Unde Pythagorei Metapontinorum inquilini ad patronos honorandos hanc famam de Apollinis dignatione primi excitabant, excitatam disseminabant. Aristeas ipse sub Corvi specie recomparebat ex Pythagorica metempsychoseos mysterio. Abaridis autem χρύσεον ἀϊστὸν *aurea sagitta* intelligenda est primariò de *radio Solari* (quos radios appellat & Lucretius—*Incidat ista dies*) secundariò de *Mentis illuminatione* atque cogitatione Sapienti Mundum totum pervadente. Hanc Sagittam Abaridi ereptam à Pythagora quum fabularentur Pythagorei, intimabant absolutam Sapientiæ possessionem ipsi traditam. Unde nobis hoc distichon exiluit in tantum Virum.

*Gentis quidem Grajæ, Phœnix natalibus: hic est,*
*Qui primus vexit Philosophos Sophiam.*

Fortè Cronismum fovebant Pythagorei Σωμρχῶν statuentes partim ex etymo Apollinis Pythii, quem præcipuè venerabantur; partim ex testimonio Epiphanii, qui Panario vel contra Hæreses lib. II. Tom. 2. in Hæresi Manichæorum commemorat de *Scythiano* Saraceno prope Palæstinam orto, & Τερέβινθο *Hypsistum* Thebaidos Ægyptiacæ oppidum habitante, (à quo hausit omnia *Cubricus*, postea *Manes* dictus, Hæresiarcha) quomodo fuerit Theologiam commentatus non ex S. Literis & Spiritu sancto, sed ἀπὸ λογισμῶν ἀνθρωπίνων φύσεως καὶ τάξεως ἀνθρωπίνης ἰσχνοῖς καὶ ἀσθενέσι Πυθαγόρου τοῦ ἐκείνου ἀ Pythagoræ nullius Opinandi argumenta. p. 619. B. C. ex editione Petaviana. Illius Ἀπὸ ἀρχῆς ἀϊδίου ἐκ ἀϊδίου fuêre tum ἀεὶ, ἀεὶ, ἀ Ἀιδίου tum ἀεὶ, (i. e. ἀεὶ Ζῶν) ἀ Vivens, ἀ Vivax. Quam opinionem defendit operosè Plutarchus libello *De Iside & Osiride* : didicit Pythagoras, (ut credibile est) quando captus à Cambysis militibus excursabundis Babylonem abduceretur, ubi Magia est familiariter usus. Iamblichus cap. 4. Nisi sub falso Pythagoræ nomine libri quidam ederentur hanc asserentes Opinionem. Quod si sub vero, (ut corruptæ Naturæ lumè alicubi necessariò caligare agnoscimus Christiani) hæc unica fuit labes Pythagoricæ disciplinæ, cætera sanctissimæ, sanctissimæque, & dignissimo elogio Herodoteo IV. c. 95. Ἕλληνάς τε ἐόντας καὶ Κρηστοὺς Πυθαγόρου μάλιστα χρᾶσθαι. Nisi Metempsychotica futilitas facilè remoliretur, aut poterit Symbolica

fica, & sanè opinioni de animarum Immortalitate præludens. Quæ Zamolxis Thrax Pythagoræ servus imbuebat *Getas*, *Gallos*, (Τευτάτας, quod patet quoque ex Lucani primo) & *Thrallianos*; unde pro Deo habitus. Herodotus. lib. Iambl. cap. 30. Strabo lib. VII. cujus opinionis erat summa verbis Herodoti; Quòd immortales ἐξιόντες ἐκ τοῦδε τοῦ βίου εἰς τὸν αὐτὸν ἀγαθὰ. *pervenient in locum talem, ubi semper viventes omnia bona possidebunt.* Quo quid magis Orthodoxum Judæus & Christianus cum suo Cœlesti Paradiso aut Sinu Abrahami? His verbis celebranda mihi fuerat secta divinissima, quem habuit (fateor) à teneris annis admiratorem.

Argumenti ratio postulat, ut in Hyperboreorum sedes inquiratur; quārum certitudo celebritati Gentis haud respondet. In quorum nomine Præpositio ὑπὲρ Veteres vexavit. Plerique exponunt *ultra Boream sitos.* Herodotus exponit παρ' ἃς ἡ Βορέης οὐ πνεῖ *Boreæ venti carentes:* Orpheus Argonaut. paulò incommodiùs *ventis impii vento carentes*, de Riphæis vel Hyperboreis. Herodotus admittit dubitanter; quia tum essent etiam pari jure Ἀπνευστοι, qui nulli dantur. Sed hanc dubitationem Eratosthenes apud Strabonem lib. I. eludit facetè. Strabo aliam viam secat, cui ὑπὲρ adornat Superlativum gradum, unde Ὑπερβόρεοι exponit βορεώτατοι *Borealissimos*; ut in his apud Æschylum Sophoclémque ὑπὲρ μαχᾶς amantissimus, ὑπὲρ ἔχθρας acidissimus: Casaubono rectè admonente, præterquàm quòd illi apud Æschylum in Supplic. ὑπὲρ Τύχα πόλις exponitur *Fortuna, quæ sint admodum secunda.* Est *fortuna Hyperborealis*, vel Hyperboreorum. Docto viro non succurrebant, quæ de summâ pace ac opulentiâ eorum prædicantur. Hecatæo apud Diodorum regio Hyperboreorum dicitur νῆσος *Insula* libro Secundo Ἐν τῇ ἀντίπερα τῆς Κελτικῆς νήσῳ τὸν Ὑπερβόρεον Μύθον ἐπὶ ἱκανὸν ἐξ ἀρχαίας παραδόσεως ἐκτίθεται. παράπλησα δὲ τούτοις καὶ περὶ τῆς Ὑπερβορέου, ἣν τὴν πολλοστὴν τῆς Βορέου κεῖσθαι. ἐν ταύτῃ δ' αὐτὸν ἐν γῇ τετράγωνον, ἴσης δὲ ἑκατέρας πλευρᾶς ἐκάστης, ἀπὸ τῆς ἀπέχειν σταδίους. Μυθολογοῦσι δ' ἐν αὐτῇ τὸν Λητοῦς γεγενῆσθαι, διὸ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα μάλιστα τῶν ἄλλων θεῶν παρ' αὐτοῖς τιμᾶσθαι. *Contra Celticam in Oceano Insula est non Siciliâ minor, Arctis subjecta, quam Hyperborei incolunt sic vocitati, quòd Borè à ventis sint remotiores. Solum huic optimum est ac fructuosum, optimo q; temperatum, ac propterea bis in an-*

no

*ne meſſis ſit. Latonam Ioue natam fabulantur, ideoq; Apollini pra Dijs aliis cultum deferri.* mox, *ii δ' αυτ' ειναι φασι τους Υπερβορεους οικουντας. incolas ſunt velut Sacerdotes Apollinis.* τον γ' ιερεα τουτον αυτοθι τε γενεσθαι, και ενιαυσιαν ετησιαν πλειω ενιαυτων. *civitatem plenis Cythariſtæ.* At communiter eſt regio Riphæis montibus incluſa & interſepta. Inde Sophocles appellavit *Apollinis hortum* elegantiſſimè; apud Strab. lib. VII. De Boreâ Orithyiam raptam auferente.

Τον τε Πιερον παρ' ευ ναιοντα χθονι,
Νυκτος τε τησδε, φησιν ὁ δεινος τυραννος,
Φοιβου τε μαλλον κηπον.—

Stephanus de Urb. Πιερια, ὁρος Θρᾳκης. De Scythis Plin. 7. c. 3. *Sed & juxta eos, qui ſunt ad Septentrionem verſi, haud procul ab ipſo Aquilonis exortu, ſpecuq; ejus dicto, quem locum Geſchitron* (Geſchithron γης κλειθρον, terræ clauſtrum; ut recte Turnebus Adverſ. 24. cap. 42.) *appellant, prodiuntur Arimaſpi, quos diximus uno oculo in fronte medio inſignes: quibus aſſidue bellum eſſe circa Metalla cum Gryphis, ferarum volucri genere (quale vulgo traditur) eruente ex cuniculis aurum; mirâ cupiditate & feris cuſtodientibus, & Arimaſpis rapientibus multis, ſed maximè illuſtres Herodotus & Ariſteas Proconneſius ſcribunt. Super alios autem Anthropophagos Scythas in quadam convalle magnâ Imai montis regio eſt, quæ vocatur Abarimon &c* Voſſius Gr. Hiſt. l. IV. cap. 2. addit cenſuram. *Hæc intra eſſe Græculorum commenta, ſatis indicant, qui proximis ſeculis Septentrionem deſcripſerunt.* Immo verò ſubeſt aliquis Veritatis umbra, quam nos primi captavimus: de quâ ſuo loco. Hos Arimaſpos cum Hyperboreis eoſdem anteà probavimus. Plinius de Hyperboreis ubertim, ſed & confuſiſſimè lib. IV. cap. 12. ſub finem. *A Buge ſuper Maotin Sauromatæ, & Eſſedones. At per oram ad Tanaim uſque Maotæ, à quibus lacus nomen accipit: ultimiq; à tergo eorum Arimaſpi. Mox Riphæi montes, & aſſiduo nivis caſu pinnarum ſimilitudine Pterophoros appellata regio: pars mundi damnata à Naturâ rerum, & denſâ mer, a caligine: neque in alio quàm rigoris opere geliciſq; Aquilonis exceptaculis. Ponè eos montes, ultraq; Aquilonem gens felix, (ſi credimus) quos Hyperboreos apellavêre, annoſo degit ævo, fabuloſis celebrata miraculis. Ibi creduntur eſſe cardi-*

nes

ner mundi, extremique siderum ambitus; semestri luce, & nocte alia. Solis aversus: non uti imperiti dixere, ab Æquinoctio verno in Autumnum. Semel in anno; Solstitio oriuntur iis Soles, Brumaque semel occidunt. Regio aprica, felici temperie omni afflatu noxio carens. Domus iis nemora lucique, & deorum cultus virilium gregatimque; discordia ignota, & agritudo omnis. Mors non nisi satietate vitæ, epulatu deliburisque senilium luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepultura beatissimum. Quidam eos in primâ parte Asiæ litorum posuêre, non in Europâ; qui sunt ubi similitudine & situs, Attacorum nomine. Alii medios fecere eos inter utrumque Solem, Antipodum occasum exorientemque nostrum; quod fieri nullo modo potest, tam vasto mari interveniente. Qui non alibi, quàm in semestri luce constituerunt eos; serere matutinis, meridie metere, occidente sole fusum arborum decerpere, nullibus in specum condi tradidêre. Nec libet dubitare de gente eâ; quum tot authores prodant, frugum primitias solitos Delon mittere Apollini, quem præcipuè colunt. Virgines ferebant eas, hospitiis generum per annos aliquot venerabiles: donec violatâ fide in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituêre, hinc ad conterminos deferre, atque ita Delon usque. Mox & hos ipsum excoluêre. Attacorum causâ Plinii locus alter adjungendus est. l. VI. cap. 17. *Insulæ toto eo mari* (Scytharum) *multæ. Vulgata una maximè Taxata* (al. Talca vel Talga) *à Caspio mari Scythicoque Oceano, in eam cursus inflectitur, ad Orientem conversâ litorum fronte. Inhabitabilis ejus prima pars à* Scythico promontorio *ob nives: proxima, inculta sævitiâ gentium. Iterum deinde Scythæ, iterumque deserta cum belluis, usque ad jugum incumbens mari, quod vocant* Tabin. *Nec ante dimidium ferme longitudinem ejus ora, qua spectat æstivum Orientem, inhabitatur illa regio. Primi sunt hominum, qui nascantur, Seres; lanificio sylvarum nobiles, perfusum aquâ depectentes frondium canitiem. Serus mitis quidem, sed & ipse feris persimiles cætum reliquarum mortalium fugiunt, cum commercia expetant. Primum eorum noscitur fluvius* Ptitaras, *proximum* Carabi (*vel* Cambari *aliis*) *vertium Lanos, à quo promontorium* Chryse *sinus,* Cyrnaba *fluvius, Attacos* (al. *Atianos*, vel Solino *Attacenum*) *sinus. Et gens hominum Attacorum, apricis ab omni noxio afflatu seclusa collibus, eâdem* (quâ Hyperborei) *degunt temperie. De iis privatim condidit volu-*

men Amometus, sicut Hecataeus de Hyperboreis. Ab Attacoris gentes Thyri & Tochari & jam Indorum Casiri. ( al. Casibi ) Pomponius Mela l. III. cap. 5. In Asiatico litore primi Hyperborei super Aquilonem Riphaeos montes sub ipso siderum cardine jacent: Ubi Sol non quotidie &c. Totum non exscribimus, quia breviter in omnibus cum Plinio convenit. Nam ut rectè Salmasius in Solin. p. 207. legat unâ die Solis adversi ( quod & nos ante visum Salmasium ) ita nec rectè Plinium reprehendit de semestri luce Hyperboreorum. Umbra Plinii vapulat, non ipse. Viro docto non suboluit flagitiosa librariorum trajectio, Plinianæ diligentiæ injuria: restituendum unâ die solis adversi; ab Æquinoctio verno in Autumnum. Non (ut imperiti dixêre) semel in anno, Solstitia oriuntur &c. Ita Plinius huic juxta Melam Hyperboreos locat subverticales in Sphærâ rectâ, (aliàs Obliqua & Transversa) quorum Horizon sit Æquinoctialis noster circuculus. Ubi Plinius ait, Quidam eos in prima parte Asiæ: Amometus planè innuitur, quem sequitur Mela. Verba illa similitudine & situs rectè habere autumo. Desuetudo frugum primitias Delon mittendi de Metonis est ævo intelligenda; quando Ennea decaeteridos arcanum publicabatur. Denique ( quod primo dictum oportuit ) Mæotæ contrà à Lacu nomen accepêre; qui Μαιῶται, quasi μαῖα mater & nutrix Ponti Euxini. Scriptor Argonauticus ( qui sub Orphei nomine ambulat, quem Onomacritum sortilegum docet fuisse Tacianus; familiarem & Xerxi Persarum regi, teste Herodoto; & Theognidi poetæ; ut probabiliter affirmat Scaliger. Canon. Isagog. lib. p. ) de situ Hyperboreorum vel Riphæorum inter veteres exactissimè scribit. Ille periplum Argonauticum non ἐν τῷ ἔσω θαλάσσῃ mari Interiori vel Mediterraneo ( ut Apollonius facit, quem sequitur Valer. Flacc. ) venim ἐν τῷ ἔξω θαλάσσῃ mari Exteriori vel Oceano longè doctiùs perducit. "Unde facit Argonautas à Mæotide "palude rectâ in Aquilonem ( nempe quasi per Tanain fluvium ) "versi 1075. ferri ad Τετραφύλους Hyperboreos, & Promethei αἰλόνας—Ri"phæi convalles ac inde—διὰ συρτὶς ἰόντα per angustum flavium (Ri"phæum scilicet) Oceano pontos, quem mortales vocitant—Κρόνιον "πόντον, ἤτοι τὴν θάλασσαν mare Saturnium, & Mortuum. Tum Νῆα μετὰ ἔσω ἴδρυε ἐπὶ πλόον αἰγιάλοιο Ἀσπιδίῃ, ἔστησε δὲ ἕως ἐπιβήσεσθαι "Argo navem in dextra litorum Ancæo gubernabat, delatam ad

Maxoßius

"Μακρόβιοι *Macrobios* quorum longævitas & mitis affluentia, tum "Justitia & Sapientia (Δικαιοσύνη τε ῥέζων, καὶ ἐπιστήμων τ' ἐξαγορεύων) ver- "bosius ibi celebrantur, ut non alios ab Hyperboreis aliorum Au- "thorum esse suspicemur: Hinc ad Κιμμερίους *Cimmerios*, æternâ no- "cte insignes ex montibus Solarem lucem impedientibus, ab Ortu "Meridie, & Occasu, quos nominat.

Ἐν δὲ γὴ Ῥιπαῖον ὄρος, ἠδὲ Κάλπιος αὐχὴν
Ἀρτολίης, οὔηχι διπλόεσσα ἡ πελάσῃ
Ἄλσεα ἐπιπρὸ ἔασι μακρὸν δέρκεσθαι ἀέλιον
Δείλιον ἠὲ χύσιν τε, φάος τ' ἰανθινὸν Ἄλιο.

"In quâ frigidâ regione est χιονώδης Ἀχέρων *auriflua*, *Acheron* flu- "vius, in cujus ripâ sunt arbores —— ἵνα τε πρῶτα βάθρα νάσσατο ἠϊ "ῥίζαι Κιμμερίοις ἀνδράσι. item urbs Ἑρμιονὶς *Hermione*, unde ad Λίλαια "πόλιν *Orci portas* navigatur. Hinc per πόντος Ἀτλαντικὸς *mare* "*Atlanticum* ad νῆσον Ἰερνίδα *insulam Iernidem* & νῆσον Πλουτώνιον "*Cæ*—*Insulam Pencessæ* Cereri sacrum, perpetuâ nube cinctam, "ex solidâ & celsâ rupe constantem; ideoque importuosam navi- "bus. Inde ad Circes insulam Κιρκαίην ἀπὸ γλήνης Κιμμερίης. *Ad Lyceum ter-* "*ram*: Unde mox —— ἀπὸ νήσου Τερπτοῦς ῥηϊδίως πλώουσι δ' ἐκὰς Ἡρα- "κλείους, *per fretum Gaditanum* mari Mediterraneo restituuntur Argonautæ. Hunc Periplum, quod sit antiquissimus & eruditissi- mus, aliquâ commentatione illustrabimus. Fluvius ille Riphæus hodie nominatur *Obius*; juxta quem sunt Montes *Obii*, quos accolæ Russi nuncupant *Cingulum Mundi*. Quod accipiendum de cin- gulo Capitali, ut est virile Diadema, muliebre κεφάλιον. Russi quo- que ipsi nomen habent, quasi *Capitalem*, i. Polarem incolentes re- gionem: de quo aliàs. Borealis Oceani cognomina Κρόνιος *Saturnius*, Νεκρὸς *Mortuus* confunduntur in Orpheo, quæ distincta Pli- nio. IV. cap. 13. *Septentrionalis Oceanus à Paropamiso autus, quâ Scythiam alluit: Amalchium eum Hecatæus appellat, quod nomen ejus gentis linguâ significat Congelatum. Philemon Morimarusam à Cimbris vocari; hoc est Mortuum mare, usq; ad promontorium Rubeas; ultra deinde Cronium.* Amnis iste Paropamisus est idem cum Obio vel Riphæo, cognominis monti Asiæ Judicanæ celsissi- mo; cujus partem scriptores Alexandrinæ expeditionis dixêre Cau-



casum

casum. Adeò ut amnis iste à celsissimo, i. subverticali situ videatur cognominatus; unde digitus ad Etymi fontem intendatur אבן בוסאן Petra vel בר בסשא Bar bemassa, elatus v. insolens altitudine. Quin Caucasus alter Borealis (unde *Caucasia* portæ) ab illo australi diversus, nisi fallor, hinc est Obius hodiernus. Nisi fallor etiam hoc mare Phœnices nautæ dixerunt *Ammalchium* המולכי hoc est, *Cronium*. Qui quum sacrificarent suos liberos τῷ מולך Μολόχ, Græci Latinique de Carthaginiens. ipsorum colonis interpretantur τῷ Κρόνῳ *Saturno*. Græci πάγους *congelatum* sunt interpretati, quasi affinitate soni ad suum ἁμάλαυτον accederet. In Philemone pro Morimarusa levi transitu rescribendum Morimarula. Nec est tam Cimbrica, quàm Celtica vox; & quidem Γαλατικὴ *Gallica*; servata hodiéque Cambrobritan: apudquos *Mor* mare, *marwol* mortiferum. Ancæus Tiphyi succedens Argo navē gubernāsse legitur ἐπὶ δέξια αἰγιάλου. Pessimè reponendū ἐπ' ἀριστερὰ αἰγιάλου *in sinistra litorum*. Nam præter peripli juxta Iernen Gaditani argumentum ineludendum, ἐπὶ δέξια *in dextram* Ancæus non potuit, quia nullum ibi littus. De quo alibi. Consonat Plinius. IV. cap. 13. post insulas Euxini Ponti descriptas. *Exeundum deinde, ut extera Europæ dicantur; trangressis, Riphæos montes, litus Oceani Septentrionalis in læva, donec perveniatur Gades, legendum*. Mera fabula est, Argo navem ex Mæotide palude per Tanain & Riphæum ad Oceani litora Septentrionalis enatásse. Quia illi duo fluvii non coincidunt; sed exactiores Geographi ad Europæ limites Asiæque constituendos opus habent, ut linea ducatur imaginaria ab Orientalissimo Tanaidis flexu per fluvii Rhai (qui hodie nuncupatur *Volga*) orientalissimum crinem ad proximam Riphæi vel Obii ripam per agros bene multos. Unde quando Argonautæ cogerentur in siccâ terrâ navem suā suppositis humeris bajulásse; (quod nec rectis, & à se invicem diversis locis factum tradunt Orpheus, & Apollonius) hæc Argonautarum succollatio in hoc interamni rigore statuenda est. Hinc etiam dispiciatur, quare Hyperboreos antiqui nunc in Asiæ, nunc in Europæ partibus locarent: scilicet propter fluvium Riphæum illas disterminantem, ambas æquè Arctico circulo subjectas. *Cimmerii*, unde contractum Latinis *Cimbri*, non tanquam ex χειμέριοι, ut vult Eustathius ad Perieg. (quanquam aliàs verè non minùs frigore, quàm tenebris infestarentur) sed à Syrophœnicibus dicti nautis בומרין *atrati*, i. tenebrosi. Unde lepidè quasi per translationem

lationem cognominati Μελάγχλαινοι *Melanchlæni*, nigrâ veste induti. i. tenebris undique circũsepti. Herod. l. IV. c. 20. 100. Religiosi quoque Syrorum sic olim dicti, à pullâ veste. Rectè huc refertur, ut ipsorum genarcha, Japhetides גומר *Gomerus* est enim pro גומר *Comerus*, vel כומר *Cumarus*. Quum Cimmeriæ limes australis ab Orpheo tradatur *Phlegra* mons; id est, *Hæmus* & *Rhodope* Thraciæ montes eximi; occidentalis autem *Alpium* juga: non obscurè significatur Cimmeria pars esse Celticæ, post à Romanis dictæ *Germaniæ*. Nam hi Germaniæ quoque limites. Casaubonus Animadvers. in Athenæum lib. VI. cap. 4. ubi veterum ἀγνωμοσύνη notatur, qui Riphæos montes Alpibus confudêre (ut & Pindarus antea Hyperboreos locans ad Istri fontes) parilem Orpheo quoque fatagit impingere; quasi dixerit *Rhipæos montes Calpen, (qui est mons ad Gaditanum fretum) Phlegram, & Alpes Cimmeriorum terram circumcludere, & Solis lumine privare.* Sed ἀγνωμοσύνας hæc Orphei nullam agnoscimus, verùm ἀκριβείας Casauboni. Nam clarè primùm à Riphæis montibus κάλπης αὐχὼ distinguitur per καὶ. Deinde *mons ad Gaditanum fretum* est glossema Casauboni non admittendũ. Deniq; quũ Cimmeriæ austrinum latus claudere Orpheus faciat Phlegram Thraciæ; occiduum, Alpes permistas interdum Pyrenæis: (ut observat ibidem è Posidonio Casaubonus ipse) cui non cernitur ex mente Poetæ κάλπης αὐχὼ, (qualiscunque demùm sit) cum Riphæo monte claudens ortivum latus, non posse ad Calpen Gaditanam Alpibus occiduis australiorem pertinere? Injuriam Orpheo fecerunt librarii. Rescribendum, —καὶ κάλπης αὐχὼ *& Carpium jugum*, vel Carpates mons. Philip. Cluverius Germaniæ Antiquæ lib. II. c. 11, p. 95. de tetræ illius limitatione: *à Dacis, qui trans Pathisum fl. (nunc vulgo Tissa) in lævâ Danubii ripâ Transsilvaniam, Hungariæq; partes, & alias hinc versus Pontum regiones incoluerunt, ingentis montium jugo submovebatur; qui* Carpatici *dicuntur Ptolemæo, hodie Krapak &c.* In Cimmeriâ fluvius Acheron dicitur χρυσορόης *auriferus*, ob Electrum illic vel succinum falernum auro concolor in maris litore repertum; ut sit idem cum Eridano vero, de quo idem Cluverius *ibid. l. III. c. 34.* In Acherontis ripâ arbores illæ, quarum fructus κλίνεται *inclinatur* & nutat perpetuò, sunt λεύκαι vel λεῦκαι *Populi*, quas in nemore Proserpinæ cum Salicibus juxta fluvium Acherontem crescere tradit

Homerus Odyſſ. K. & per eminentiam dicuntur Ἄκαρπαι Iliad. N. cujus rationem dat Euſtathius, quòd ſint ἄκαρποι *infrugiferæ*, ſicut —ἴτεαι ἀκάκιαι ἄκαρποι *ſalices frugi perdæ*. Sed fuit alia fimul, & (quod mireris) non minùs arguta ratio, quare *Populi* arbores in hâc Boreali plagâ creſcere fingerentur. Nempe ob Ἠλέκτρου *Succini* copioſam heic originem, de quâ modò, At Succinum Populneis lachrymis enatum vulgò fabulabantur. Ut obſcuritas omnis removeatur, harum Arborum hiſtoria breviuſculè tractanda. Nam pleniùs ea fiet in Diatribâ noſtrâ DE ELECTRO: quod primò diſtinguimus, in *Metallicum*, & *Aromaticum*; deinde hoc in *Boreale* (quod Latini nuncupant propriè *Succinum*, veteres Germani *Gleſſum* unde inſulæ *Gleſſariæ*) Arabes nunc ex Perſiſmo *Cahrabé*, nos Angli *Stone-amber*) & *Auſtrale* veteribus (quantum vulgo ſcitur) incognitum, quod vulgò dicitur *Ambra* ex Arabiſmo عنبر Anbar. Ex illius igitur Diatribæ parte ſecundâ de Succino hæc delibamus. Populi tres habetur ſpecies *Alba*; *Nigra*; & *Libyca* Plinio, Gazæ Montana & Alpina. His nonnulli addunt quartam *Americanam*, vel Rotundifoliam. Prima & Secunda differunt 1. colore ligni, corticis, foliorum inferiori; quem prima ſemper album habet, unde dicitur abſolutè Græcis Ἀδρὰ, Ebr. לבנה *Libna* Gen XXX. 37. Arab. حور *Haura* à Syrochald. חור albus. *Nigra* lignum flavius & durius; cortex cineritius. 2. figura foliorũ, quæ *Albæ* ſunt vitiginea, diſſecta vel angulosa: *Nigræ* lata & acuminata (ut ſunt Hederacea, Cordis adinſtar) ambitu nonnihil crenata, vel ſerrata; utrinque viridia; (non averſa parte albicanter lanuginoſa, inſtar *Betbis*, quod ob id quoque Λευκόειδες dicitur. Et inde Plinius corrigendus XVI. 23. *Alba folio bicolor, infernè candicans, ſuperiori parte viridi.*) ex tenuiore ac longiore petiolo, tremulè ſemper inter ſe crepitantia, etiam quando ventus deprehendatur nullus: qui tremor in tertiâ *Libycâ* eſt inſignior, unde Gallicè dicta *Tremble*, Belgicè *Ratelaer*, Theophraſto Κεφαλὴ *Caudata*, ob ἴουλον *villos* longiores caudarum inſtar dependulos. 3. Fructu, qui nullus in *Albâ* habetur, ſiliis non mutatis: *Nigræ* ſiliis mutantur in oblongum veluti botrum, cui baccæ adhærent rotundæ Orobi magnitudine, quæ maturatæ in pappoſam evaneſcunt lanuginem. Unde nomen Lat.

*Populus*

*Populus* primâ longâ, pro *Pappulus* & Gr. Ἀργεῖος *Populus nigra* q. d. ἄλσος ἀργεῖος ἔρνος motitans ſiſtos vel pappos laneos. Poetæ ἀργεῖαι ἔριθοι nigra lana. Homero Dorienſes ἀργέϊαι motitantes comam. Cum pappis folia intelliguntur agitata. Homer. Odyſſ. H. Servæ regis Alcinoi molitrices & netrices—ἀμφαδὸν Ἠΐθεαι, οἷά τε φύλλα καλιὴν Ἀργεῖος—agili ſe turbine verſant Aſſidua, ut foliis agitatur Populus alta. Rectè hoc Euſtathius ἀπὸ τοῦ ἐλαφροῦ καὶ εὐκινήτου ἐπὶ αὐτῶν ἁρμόζει. Ægiri folia ſunt εὐκίνητα, verùm non ἀπὸ τοῦ ἀργοῦ (quod ex epitheto colligit otioſè) ſed ob pediculi tenuem longitudinem, ut Botanici monent. Quin & noſtratium parœmialis facetia muliebrem linguam Populi nigræ folio æquiperat, jugiter inquieto. *Like an Aſpen leafe, ever wagging.* At *Nigra* hinc æquè, licèt magis ambagioſè, ſterilis. Nam ambæ creſcunt non ex ſatione, ſed ex ramulis depactis: Naturâ mirè ſterilitatem hanc penſante, ut deſcribit Plinius 1. c. *Sunt qui dicant tam vivaci naturâ Populum conſtare; ut ſcobes & ramenta corticum, ramorumq́, in in terram projectorum concipiant & radicentur, & in ſylvam excreſcant.* In hoc etiam ambæ conveniunt, quòd ipſarum oculi vel gemmæ. i. germina, futurorum nempe prima foliorum rudimenta oblonga, hordeaceo grano majora, oleoſum quid vel reſinoſum continent digitis adhærentes, colore flavo ad luteum accedens, odore gratum; quod majoribus factis & in folia jam abeuntibus perit. Reſinoſus iſte flavuſque liquor Aprili menſe colligitur expreſſim, à Medicis ad Malagmata, à fœminis ad capillos nitidè tingendos expetitus: quod μύρον Ἀργεῖον *unguentum Populeum* appellatur. Poetæ Graci Succinum, quod ipſi dicunt ἤλεκτρον à Solis ἠελίου flavo ſplendore (unde & Aurum Sophocles ἠλέκτρου indigitat in Antig. p. 239. Canter.) hinc liquori ſimillimum colore obſervantes, inde natum & concretum lepidè fingebant. Quum reverâ ſit Bituminis genus nunc prope litora fodiendo erutũ, nunc ab æſtuabundi maris fundo projectum in litora Pruſſorum (qui Æſtyi Tacito) & Pomeranorum circa oſtium *Viſtulæ* fluvii (ut docet Georgius Agricola, De Natura Foſſilium. lib. IV. pag. 234, 235.) quem ſi. ſagaciter inde Cluverius verum eſſe conjectatur *Eviden.* German. Antiquæ lib. 3. c. 33. 49. Hoc joculare figmentum in ſeriã Medicinã (quod mireris) ad Arabas ipſos Perſaſque penetravit.

Aben-

Aben-Sina de simplic. cap. 373. كهربا هو صمغ شجرة الصنوبر الرومي وقد فرغنا من ذكر ذلك وهو صمغ كالسندروس مكسرة الي صفروا لبياض والاسفاق وربما كان الي الحمرة فجنس التبن والهشام الي نعسة فلذلك يسمي كاه ربا اي سالب التبن بفرضية مركوب من مايية قادرة وارضية قد لطف يستعمل فيه النار

*Cahrabé* (Succinum) *est lachryma* (gummi) *arboris, quæ dicitur Populus Græcanica, de qua diximus: est q. gummi, ficus & vernix:* (vulgo *Sardaracha* pessimè) *tendens ad flavedinē, albedinem q. & transluscentiam; atque non rarò ad ruborem. Attrahit paleas & minutias ad se; unde dicitur* Cah rabé, *id est, rapiens glumam, Perfice. Componitur ex aquitate tepidâ, & Terreitate per ignem subtiliatâ.* Sic Avicennæ locũ recomponimus, ubi vulgò est جوز الرومى *Nux* Romana vel Græcanica. Quod authoris ipsius fuit parastigma, (quia tractat eam plantam in litera ج) quo laborat & Ebenbitârus, hylographus Arabs. At Etymon, quod antea dedimus, clamat حور esse verius. Hinc miri nihil si Giggeio fuerit impositum; qui & interpretationem pro Cognomine dat سالب التبن subi parastigmaticè التبن *ficus* pro التبن *palea*: quem errorem ex textu Avicennæ hausit; ut ubique laudes industriam Giggei, magis, quàm diligentiam. Idem Giggeius Raphelengium exscribens proponit قهرد *succinum* per ق perperam. Quia refragatur Lexicon Arabo-Persicum in Archivis Laudinis ثبنة اى كاه Ergo *Cah* Persicè est *palea*, colludens veteri Saxonico *Chaugh*, quod nunc *Chaff* effertur; ut *Laughter*, *Daughter*. In eodem Lexico سلب arripuit (ab Ebr. שלף *spoliavit*) & جلب *attraxit* exponitur Persicè ربودن *rabuden* Ita Persicũ *rabá* quoque convenit Saxonico *Rob*. Ibidem صندروك *Sandaruch* (quod aliàs male per ف in fine scribitur) ex vanâ soni captatione vulgò redditur *Sandaracha*; quod hujus loci non est utpote metallicum, nempe Arsenici spe-

cies

cies rubra. Ipse Avicenna agens de Simplic. docet esse Juniperi succum: qui Græcè βερονίκη, Latinè *veronica* & contractim *vernix*. Sed præterea dum pergit in ejus expositione innuit esse Persicum & verè scribendum سندروس *Sandaros*, quæ scriptura retinetur alicubi; Nam روس *rous* vel روز *rouz* est Lumen Persicè. Nominis ratio, quòd succus ille rebus, maximè picturis, consuevit strictim superillini tum ad colores tutandos, tum ad conciliandum splendorem: unde facetè Græcis dicta βερονίκη *vibrix*, quasi perpetuò splendidè superior. Nec minore facetiâ, Imago illa Christi, quam sudario linteo absterså facie strictim impressisse traditur (de quâ Ger. Mercator præfat. Notarum in Tabulas Ptolemaicas. Elmachinus Histor. Saracen. lib. I. Ludovicus De Dieu notis ad Vitam Christi Persicè scriptam) Genuæ adhuc servari credita vulgò nuncupatur S. *Veronica*. In Arabicâ Persarum scripturâ litera S I N tres apices pensatione oblongâ extendens abibat in C A F lubrico errore, sed & ferali tandem. Sic n. loco succi salubris teterrimum venenum irrepsit in Compositionem. In *Paradoxis Med.* errorem detexit Fuchsius, erroris causam nos primi. Authorum archetypas linguas intelligere tanti est, neque semper interpretibus niti. Sed prosequamur Argonauticum periplum. Urbs Ἑρμιονὶς propter Orci portas rectè sita est, Sic in Peloponneso Ἑρμιὼν *Hermione* urbs, juxta quam Pluto Proserpinæ raptor descendisse nonnullis ferebatur. Strabo lib. VIII. & Pausanias Corinthiacis. Nempe ob agrum avernosum & Lernam Palude in propinquo. Nam ejusmodi loca dicta Χαρωνεῖα, & *Acherontis ostia*, quod Plautus habet. Nomen dabat Ἕρμης χθόνιος, qui idem Ἅιδης, & Κρείτων. Heic Septentrionalis vel Congelati Oceani terminum Orientalem dedit suprà Plinius amnem Paropamisum, Riphæum vel Obium, à Philemone bifariam rarescentis in *Mortuum mare usq; ad promontorium Rubeas; & ultra deinde Cronium*. Stephanus Ethnicographus Βαξίνα, νῆσος Ὑπερβορέων, ἐν ὠκεανῷ Σκυθίας, ἣν φασιν Καραμβύκης διανεῖν, Καραμβύκαι idem Καραμβύκη, ἔθνος Ὑπερβορέων, ἀπὸ ποταμοῦ Καραμβύκου· ὁ πολίτης Βαξανεύς. Rectè Cluverius Germ. Antiquæ *lib. I. cap.* 1. *Carambycen* interpretatur de Obio, & insulam de Novâ Zemblâ: approbans Mercatorem, qui *Celtica promontorium Lytarmin* (in Plinio

*lib.* IV. *cap.* 3.) interpretatur *Cabo d' Oby*, promontorium Obium. Nam ideo *Celtica* dicatur, quod sit in occiduâ ripâ. Ita nunc ex Stephano præter novum Obii cognomen propinatur insulæ quoque Hyperboreæ proprium nomen, quod nobis antea Diodorus negavit, Hecataum exscribens. Forte rectius Ἑλιξίνη *Helixina*, ut ἑλξίνη. Nomen datum à situ ἀπὸ τῆς ἑλίξεως à conversione cardinis Borealis; quomodo Lat. *Vertex*, à vertendo; & πόλος à πολέω verti. Populi nomen exactius Καρωνίτας. Est enim κάρηνον idem, quod κράδασμον capitale cingulum; atque ita bellè *Carampyca* nihil aliud sonant quàm *Russi*, ut supra nominatum. Ortelius in Thesauro Geograph. exponit *promontorium Rubeas*, Mortuum à Cronio mari disterminans, esse illud, ubi naves à Septentrionali in Occidentalem vel Atlanticum flectere incipiunt Oceanum; nostris *The North Cape*. Prout nos quoque ante visum eundem. Germanicè *Noort Kyn*, ut Cluver. Germ. Ant. p. 166. Sed pro *Rubeas* legere malim *Rubeo*: quod Romani nautæ depravarunt ex Græco τὸ Ῥοθεῶν. In illis enim tractibus est celeberrima illa Oceani charybdis, vernaculè *Swala*, vorago dicta; de qua videatur Olaus Magnus de Gentib. Septentr. *lib.* II. *cap.* 7. Ut & Ortelius repræsentat in tabulâ Scandiæ Geographicâ. Unde Homerus suam Λαιστρύγας (quæ est à ἀ χάσιν & ῥοφεῖν composita) transtulit, ut utrem Æoli à Lapporum præstigiis. Quo quasi certissimo argumento verus Argonautarum periplus erat in Oceano, quem Orpheus proponit. Nam (ut Strabo docet) Ulyssem navigationem expressit ab Argonauticâ Homerus. Hoc promontorio mare Occidentalibus Cronium propriè dictum favet illorum opinioni, qui *Groenlandt* inde petunt. Post hunc flexum salutator jam Argonautis τὴν Ἱερὴν νῆσον Ierkè insulâ Iernis, planè Cynosura quædam vel Pharus ad obscuritatem periplo dirigendam. Cui propinqua insula Πέτευσσα *Peucessa* jamdudum à Cambdeno pronunciatur Ἄλβιον *Albion* maxima Britannicarum, & quidem rectè. Sed quod eam ita nominatam æstimaverit ab *albis* rupibus, (quales illæ cretaceæ circa Dubrim apparent in Cantii parte Galliis oppositâ) unde simul pro Πέτευσσα censuit legendum Λεύκεσσα à λευκὸς *albus*, neutiquam suffragari possum. Tum quia denominatio non est probabilis à minimâ parte; tum præcipuè quia vox Ἄλβιον apud Græcos recepta fuit diu ante Cæsarem, apud quos nunquam

nunquam vox *albus*. Quapropter, nisi me fallit conjectura, Ἀλβίων fiebat ex Ἀλπίων *Montosa* insula. Ἄλπιον *Alpes* juga montium, (ut Lipsius in Epistolis ex Glossario suo Teutonico bene notavit) continuati & compositi; ex Arabismo, ubi حلف *halap* componere, conjungere. Cui Etymo impensissimè favet Orpheus, qui *Penè ἔσσαν* tradit ex celsâ & solidâ vel continuâ rupe constantem; hinc & undique importuosam: his verbis.

Οὐ γὰρ ἐν ἔδει ἅλμυρὸν ὕδωρ ἔχες ἀμφιλοχῆι·
Ἀλλὰ γὰ λίβατος πίσυρα σέθεν πέρατα
Τηλοῦ, πὰ τὰ καλὰ ῥοιὴ μετανάσσεται ἔδρῃ.

Non satis, fateor, pro rei veritate. Sed constans veterum opinio, licèt subtesta, sufficit imponendo nomini. Quam tamen possumus ex parte defendere. Ut sic nuncupata primùm fuerit, à Græcis in mari Vergivio inter ipsam & Jernam navigantibus; ubi à Meridie comparent Montes Cambrobritannici sat celebrati; à Septentrione Montes Caledonii, nullis per Europam montibus post Alpes Italicas altitudine cedentes: qui depressum Iernæ situm inde reddebant notandiorem. Ab hâc insulâ, non vice versâ, nomen tulit Neptuni filius Albion; quem cum fratre Bergione Hercules in Galliâ devicit; ut Mela tradit: & ad quos respiciunt Æschyli versus apud Strabonem *lib.* IV. Celtarum Gigantes maximè montosis illîc insulis mythologi voluerunt arguè cognomines. Nam *Bergion* est pro Πέργιον ab insulâ Πέργη *Perga*, quò Hercules adnavigavit in aureo Solis poculo, ut habet Scholiastes Apollonii ex Pherecyde Argonaut. *lib.* Quæ mihi planè constat esse *Scantia*, vel *Scandia* apud Ptolomæum & Plinium veterib. insula credita, quum sit Suedorum peninsula; ut rectè docet Cluverius. Albionis interpretamentum est ipsa πάχνη. πάχνη idem quod πάχη (unde πάγη) vel πάχαι ex πάχαι juga montium, Alpes: Unde πάχνωδες consequenter idem quod πικρόν. πάχνη amaror, quia πάζει constipat, & constringit linguæ poros. Jernia, vel (quod inde detortum) Hibernia insula ob situm depressiorem Cœlo soloque utitur humecto, cui agilitas incolarum assignatur & nervi flexiliter molles. Lacubus abundat præsertim ibi passim occurrunt exoriæ voragines, Anglosaxonicè *Beggas*: ubi terra uliginosa & levi graminis cespite obducta

ctæ, supergrádientium pedibus inopinis absorptim cedit. Hæ dici quoque possunt ἄορνα *avernæ*, non tantumquòd ab iis absorbeantur animalia, & velut ad Orcum demittantur; sed quòd sint etiam ἄγονα *infrugiferæ*, nullum ὄρνιν & plantam vel fruges producentia. Inde enim ἄορνα dicta; non quòd sint infesta avium supervolatui. Quamvis tum ὄρνις, ὀρνιθεία tum ἔρνος ducentur ob ὄρνυμι, illa ob impetum volatilem, unde Ebr. עוף *avis* pari notione; hoc ob impetum vegetationis sursum crescentis Homer.—ὁ δ' αὐθ' ἕρμιν ἔρνι ἴϛ. Igitur nobis est Ἴερνη vel Ἰερνὶς pro ἄορνα vel ἀόρνις Insula avernosa, *The Boggy Iland*. Cambdenus quidem non prorsus incommodè ducit à vernaculo *Erin*, quod Occasum sonat. Sed Albionis comparatio suadet, ut à telluris eminentiori qualitate denominetur. Inter Peuceessan vel Albionem, & fretum Gaditanum Argonautæ appellunt ad Circes insulam in Atlantico mari, quam Λυκίην *Lycaam* appellat Orpheus. Planè ea Κίρνη Æthiopum insula, quam (ut Eustathius ad Dionysium observat) alii ἀνατολικὴν *Orientalem* statuunt, alii δυτικὴν *Occidentalem*. In priore sententiâ Scylax, Dionysius Periegetes Eratosthenem (ut in aliis omnibus) sequens, Corn. Nepos, Ptolemæus. In priore Lycophron, ubi alii veteres Χερρὸν insulam locant; cujus propinquum situm vendicat Χερρῆ peninsula Ptolemæi. Nimirum ut Homero duplex Æthiopia Orientalis, *India* nomen solenne gerens; Occidentalis, *Lybia*: ita duplex Κίρνη, ortiva, *Taprobana*; (nunc tum *Zeilan*, tum *Sumatra*; ut rectè Stukius ad Arrianum) occidua, *Menuthias* Ptol. hodie *Madagascar*. Quidquid contra virum eruditum sentit Salmasius in Solin. pag. 1143. Nulla enim insula Æthiopica in mari Atlantico fustinere potest Cernes famam, vel ex Fortunatis. Quamvis autem Cerne duplex, (ut optimi authores fidem faciunt) non & Menuthias duplex. Quod senserunt, qui depravatum Arriani locum παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν αἱ τέσσαρες νῆσοι ἐπιπλέουσιν ἀπὸ τῆς ἠπείρου τῆς ita recomponunt παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν, εἴτε τὴν ἐν Μαυρουσίᾳ ἀπὸ τῆς ἠπείρου τῆς. Jure Salmasius offensus, it restitutum ἐς τὴν Μαυρουσίαν ἀπὸ τῆς ἠπείρου τῆς, reliquis omnino omissis. Verum præstitit nihil præstabilius, qui retentis hisce ἐς τὴν ex incautâ figulinâ creatis, ablegavit ista παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν ipsius Arriani genuina, pro quibus ille sua supponit vehementer dissona παρ' αὐτὴν τὴν Ἑσπέριον ἄκραν. Cui quidam promontorio statuitur ἀπὸ τῆς ἠπείρου ἀπέναντι Menuthias Ptolomæo rectissimè: quamvis Prasum

non

non sit *Mozambicum*, sed Promontorium *Bonæ Spei* pluribus de eâ sis alibi communicandis. Quin institutum Arriani Ptolemaico est contrarium. Siquidem Periplus ille maris Erythræi dividitur in quatuor Paraplos Libycum, Arabicum, Carmano-Gedrosicum, & Indicum. Primi & Secundi principium est Μυὸς ἕρμου *Muris portus* in fundo sinûs Arabici. Primi terminus est Menuthias insula, & Rhapta promontorium: Adeo ut in sinu Arabico versus Austrum, extra eundem juxta Azaniæ littora versus Occidentem institutur navigatio. Sic itaq; legerim in Arriano πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν ὑπὸ νότον Μενουθιὰς ἀπαντᾷ νῆσος. *versus Occidentem, litore sensim in Austrum simul obliquato, Menuthias occurrit insula.* Frustra quoque Mimnermum damnat ibidem Salmasius, quòd Solem à Colchis (ut à Cerne Lycophron) oriri fecerit; hoc distichon

Αἰήτεω πόλιν, ἠῶθι δ' ἠέλιος ἀντέλλει
Ἀκτῖνας χρυσέῃ πλάσσων ἐν δαιδάλῳ.

Quippe præterquam quòd Colchi communes fuerint Ponticarum gentium orientalissimi; (unde fluvius eorum Φᾶσις, à splendore Solis orientis; ut avis θαυμασία à tergo splendidissimo, & ob id Aurei velleris conjector traditus, ut monet Martialis) duplices erant Colchi, alteri scilicet Indicani. Nam apud Ptolemæi Geogr. l. VII. cap. 1. est regio Αἶα Eorum (qui nomine colluduut cum insulâ Αἶα, ubi rex Αἰήτης, & filia Medea Ἀΐαιν) ubi Κόμαρα ἄκρον καὶ πόλις *Comaria promont. & civitas*; ad orientem proximi Κόλχοι ἐμπόριον *Colchi, emporium* & λίμνη Κολχικὴ, ἐν ᾗ πολύμβρυσις μαργαρῖτις *Sinus Colchicus, ubi uviparia capitur Margarita. Comariam* esse eandem cum Κόμαρι apud Arrianum, qui tradit ibi fuisse sacrum locum & habentem ἱερόδουλοι cœlibatui consecratos, liquet ex his verbis ὧν ἡ τῶν Κομαρῖ ἐκτίσθη χώρα αἰχεῖ Κόλχοι, ἐν ᾗ πολύμβρυσις τῶν μαργαρίτων. Æthico quoque *Colchi* inter *famosa Oceani orientalis oppida*. Rectè Stukio locatur heic Comarina regio vel regnum, ubi nobilissimũ illud promontorium Comorinum, quod ab austro terminat occidentale cornu sinûs Gangetici (hodie Bengalensis) oppositum Taprobanæ, nunc Zeilanæ insulæ, quæ est Cerne Lycophronis. Nomen inditum Sacro huic loco à Syris nautis vel colonis, apud quos קומרין *Comarin* ἱερόδουλοι, quomodo Judæis hodie *Monachi* Christianorum appellantur. Ut clementior jam sit Scaliger iis, qui

Syriasmum in Indiâ maximè maritimâ quærunt. Nam soles quid Βραχμὰν aliud quàm בר חכמן *Bar hachman* ἀπὸ Χαλδαϊκῆς, quem interpretatur *Gymnosophista*? Hinc nil dubito, quin ut Oceanicus Argonautarum periplus alium dedit reditum à Colchis, (quem in Orpheo habemus) sic & alium aditum, aliósque Colchos & sub aureo Vellere Terram, Peninsulam, Insulámque aureas: quod omne nunc ex Ptolemæo primus capto δόλῳ κολυμβητής. Adeo ut Argonautismus nihil aliud fuerit apud antiquos, quam artificiosa designatio Mundanæ circumnavigationis, pro vario scriptorum captu Geographico varia. Cur autem in mare Mediterraneum contraheretur, diserte monstrat Strabo lib. I. quòd Pontum Euxinum æstimarent ὥσπερ ἄλλην πρὸ ἑαυτῶν instar alterius Oceani. Cernes duplicis ambiguitatem vox Orphei λυκάν explet aptè. q. d. *Crepusca*. Est verò Crepusculum quoque duplex, Matutinum & vespertinum. Λύκη idem quod ἀμφιλύκη νὺξ vel λυκόφως. In Platone λυκοφιλία amicitia dubia & ὕπουλος à λυκὸς inflexus, non rectus nec firmus Lat. *Crepusculũ* quasi crepera lux, i. dubia. Virg. *—creperi discrimina belli.* Κλῶν pro κλῶν à mistura lucis & caliginis, ut Ebr. ערב *ereb* vesper, ab eadem notione. Tandem à *Lycaâ* pervenitur—ἐνὶ κόλπῳ Τερτίσσου *juxta ostium fluvii Tartessi* ad Herculis columnas. Ita rescribendum Τερτίσσου. Aliis est Τάρσεις, postea dictus Βαῖτις Punicâ voce, ni fallor: à בת *bat* pernoctare. Sil. Ital. *—Salisq; cubilia Gades.* Nec aliunde Anglicum *Butt*, τυνεῖον, vespertilio Orpheo missio, apud Ptolomæum Georg. lib. III. cap. 5. ut ὄρος Καρπάτης *Carpates mons* est in Austrum occidentalior Rhipæis montibus, (unde Tanain Europæ Asiæque terminum falsò vult fluere) ita sunt Hyperborei orientaliores, unde Ῥᾶ (hodie *Volga*) fluere facit. Quare postremos hosce, qui sunt iidem Obii, statuerit diversos, fuit authorum discrepantia Hyperboreos nunc in Europâ, nunc in Asiâ locantium. Ut supra videmus ex Plinio, item ex hoc ejusdem loco lib. VI. cap. 13. *Ab extremo aquilone ad initium Orientis æstivi Scytha sunt. Extra eos ultrà, Aquilonis initia Hyperborei aliqui possûêre; pluribus in Europâ dictos. Primum inde noscitur promontorium Celticæ Lytarmis, fluvius Carambucis; ubi lassatâ cum sideribus vi Ripheorum montium deficiunt juga. Ibiq; Arimpheos quosdam accepimus, haud dissimilem Hyperboreis gentem. Sed et illis nemora*

*mora, alimenta bacca, capillus juxta faminis virisq; in probro existimatur: vitus clementes &c.* Rescribendum *Rimphaas*, qui à *Rhipæis* deducti, ut ῥίμφα à ῥιπῇ. Apud Pindarum Pyth. X. insignis est Hyperboreorum tum religio, tum conditio. Apollini suo sacrificant ἀλιτρὸν ὄνον ἑκατόμβαν *illustres Asinorum victimas*, ubi *Deus* γνᾷ δ' ἰὼν ὄφθαλμῷ ὀξυτάτῳ ἀνωΐστων *videt videns præcacitatem Arvellarum bestiarum*. Hanc Asininam salacitatem capere non potuit omnium cum Scholiaste Græco reliquorum interpretum insulsitas. Talis victimatio videtur cognata mysteriis Ægyptiorum, ubi Asinus Typhoni proprius assignatur: Plutarchus lib. de Iside & Osiride, rationem dat quod Typhon fuit ξανθὸς καὶ πυῤῥὸς *rufus capillo*, ita concolor asinis. Ebr. חמור asinus ab חמר ruber fuit. An hoc ad Apollinem ξανθὸν pertineat, nescio. Conditio talis. Perpetuæ Virginum choreæ, Lyrarum Tibiarúmque sonitus, ex auratâ lauro coronæ, epulationes, Morborum & Senectutis. Laborum & Belli vacuitas. Quæ felicitas Hyperboreorum fingi creditur; qualis Aurei seculi, & insularum Fortunatarum. Unde Æschylus *Choëph.* adagialiter usurpat de prosperrimo rerum statu νῦν δὲ μοι, ὦ πατὴρ, χρόνος γυνῆ. Καὶ Τιμοθέου μείζω τύχη. Ita metri gratiâ legendum, pro μείζονα τύχην. Hinc Invidiâ & Ambitione omni sacerdotes Pythios exonerabimus. Apollinis ad felicissimam gentem commeatus erat Symbolum Temporis felicissimè reparati. Ab Astris actiones Humanæ pendi credebantur antiquitus, inde illorum apocatastases fiebant argumenta prosperrimæ rerum conditionis. Virgil.

*Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.*

Nec Phœnix avis aliud erat, quàm Anni magni Ægyptiaci restitutio symbolica post annos communes 1461. Ut liquidò colligatur ex Tacito & Plinio. De quo aliàs. At, quum Pindarus de Hyperboreis affirmavit—πόνων δ' ἀπείρατοι ἀλγέων—*laborum prælioruméq; vacui habitant*, & Pherecydes in Schol. Pind. Olymp. III. ἀνώλεθρον καὶ πολέμων ἄπειρον *expertes bellorum*, quid Aristeæ fiet, cui celebrantur Hyperborei—ἰδόντι κάρτα μαχηταὶ *optimi bellatores*, item—πάντων Σκυθῶν ἄνδρων *omnium validissimi virorum*? Qui nodus ritè solvi non potest, antequam exponatur, quinâ verè fuerint Hyperborei. Sed Pherecydis fragmentum proferemus totum, ut aliquot mendis liberetur

Ἀμφὶ δ'

Ἀμφὶ δ' Ὑπερβορέων, ἐπεὶ ἔχετα πάντοθι
Ναῖε δὲ Ἀπόλλων ἀπείριτος πολλὸν ἀοιδῆς,
Τοὺς μὲν ἄρα πρότερον ἐξ αἰτῆς ὤμυζεν
Τιτῆνας βλωσυρῆς, ὑπὸ δ' ἔρμιν αὐδήεντα,
Ναίεσθαι δ' ἔσχον γαῖαν ἀπειρεσίην ἄρουρα.

Interpretatatione potior emendatio. In tertii fine ὤμυζεν, in medioautem quarti legendũ ἔλασσεν. Ultimi versûs initium sic refingo Παῖζαν δορίτα χθονὸς—Ut Theocritus Adoniazusis ex lima Casauboni Παῖζάν θ' ὁπλίταν—*Dominus & possessor, esto imperiosus.* Hyperboreos autem Titanibus prognatos ideo memorat, quod illis in locis habitare perhiberentur, quò Titanes cum Saturno profligatofugisse credidit antiquitas. Romani tandem de Palatii sui, vel mõntis Palatini nomine inquirentes Hyperboreorum cognationem sibi vendicant. Festi abbrevitor: *Alii, quod ibi Hyperborei cujusdam filia Palanto habitaverit, quæ ex Hercule Latinum peperit.* Nec aliter Solinus cap. I. Dionysius Halic. Roman Antiquit. lib. I. de Hercule Λατῖνον ἢ ἐκ παιδὸς Ὑπερβορέου κόρης, ἣν (παῖδες οἱ συμπίπτοντες ἔλεγον) ἐκάνετο. *Latinum* genuit *ex quadam Hyperboridæ puella, quam à Patre obsidis loco datam duxit.* Puellæ nomen Græcè concipitur Παλλαντὼ Scaligero, ὑ Φαλαντὼ Salmasio. Scaligerum audimus, quia constanter est in Virgilio *Pallantis pravi de nomine Pallanteum*, τὸ Παλλάντιον. Steph. de Urb. Παλάντιον, πόλις Ἀρκαδίας ἀπὸ Παλαντὸς τοῦ ἐκ τῆς Λυκάονος παιδὸς· ὡς Ἡρόδωρος. Item Παλλάντιον Ζάνθης Trapezunte cultus, ut & Salmasius observat quem Etymo demum à nobis dando forsan persuadebimus, maximè quod nomen puellæ nihil ἄνθος in se habeat. Quando autem hæc sint ἀζώστα fitos quidem sub Vertice Borealissimus, ac beata cœli solisque temperies: Hyperboreorum sedes adhuc penitus ignorantur; nec ulla vetus Geographia, vel nova verè definit. Unde adagialiter *in montibus Hyperboreis* est idem quod *extra Mundum*, vel *in solâ mentis imaginatione*. Quod dolendum, si non & pudendum, potuisse dici de Gente quondam Clarissimâ, quam sic ambitiosè Græci vendicabant tum publicè in Persei mythologiâ, inque solennitatibus Deliacis ac Olympicis; tum privatim secta Pythagoræa Sapientissimorum; neque Græci soli, sed (ut audivimus) & Lat. Quam qui rursus aprico Geographiæ restituerit conspicuam, indubiè summam apud eruditos

eruditos omnes est gratiam initurus. Apud Pindarum Pyth. X. tanquam dux res insequenda, nec à sanæ mentis viro tentandæ proponuntur tum Extragaditanæ navigatio, tum profectio ad Hyperboreos terrestris aut maritima: hisce verbis

Ἔστι μὲν ἐμπορίαν ἐς
ἀγήνορα διάβασιν,
πεζὸν ἰόντι καὶ ναυσὶ
πλόον· ναυσὶ δ' οὐ τι πεζὸς ὢν,
ὅσιος ἀνὴρ ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνας
κ.τ.λ.

Quod hanc ἀγήνορα πάτον appellat, id Nemeorum Od. IV. τὰν Ἡρακλέος ἀγήνορα πάταν. Sed quam Prior jam dudum adeò successerit ad miraculum, cur de posteriore desperabitur?

Scribitur à nobis hanc non sanè (neque mirentur innovantem) Iamblichus, accentu penultimam longam denotante, contra vulgarem usum accentus Græci sequentem. Author olim non futilis mihi narrabat eandem, quæ mihi, prolationem D. Henrico Savilio placuisse; sed rationem doctissimi Equitis unà narrare non potuit. Quæ me ratio permovit dicam. Syrophœniceum istud nomen servatur adhuc in Sacris Ebræorum literis יַעֲקֹב *Yamlech* pro יַמְלִיךְ *Yamlich* 1. Paralip. IV. 34. ubi tertiæ futuri Persona singularis migrat in Propriam nomen; (ut alibi frequenter יִצְחָק *Isak*, יַעֲקֹב *Yacob*, יוֹסֵף *Yosephe* &c.) quod fit in Conjugatione *Hiphil*, habet vocalem longam Accentu dotatam, i. *Hirik* magnum, quod opinè per ει diphthongum exprimitur ut Ἰσραήλ in Philone Byblio apud Eusebium. Ita si scriberetur Ἰαμβλιχος, omne dubium evaneſcet. Græcè *My* & *Lambda* literæ concurrere non possunt, nisi *Beta* interveniente. Sic *My* & *Rho*: ut נִמְרֹד *Nimrod*, Græcè Νεμβρώδ.

INSERENDA

Ad Pag. 90. lin. 20. —— in tabula Scandiæ Geographicâ. Accedat Paulus Diaconus De rebus Longobard. lib. I. cap. 6. *Nec satis procul ab hac, de qua præmissum, distat contra Occidentalem partem, quæ sinus sive Oceani pelagus parit, profundissima aquarum illa vorago, quam usitato nomine Maris umbilicum vocamus; quæ bis in die flu-*

*Eus absorbere, & rursus evomere dicitur.* Ad hæc Cluverius Germ. Ant. lib. III. cap. 38. *Hanc nunc scimus ante occidentale Fihmmarchiæ litus, angusto* Muskestroom (*vel aliter* Maelstroom) *inter duas insulas* Loffot & Wero. *Olaus sit inter Lessoeth & Roest.* Quod eodem recidit; nam *Wero* locus est medius inter illos. Ortelius contrà Charybdin locat in Septentrionali litore, & quidem promontorio Rubeis orientaliorem. Ita ut aut geminæ sint Charybdes, aut erret Ortelius.

Ad pag. 19. lin. 21.—apud Strabonem lib. IV. Apollodorus lib. II. de Hercule, post quam ex Africâ trajiciens Tartessum fluvium superaverat; Διαβὰς δ' Ἀλικὴν, εἰς Λιγύην ἦλθεν, ἐν ᾗ καὶ βόας ἐκλεξάμενος Ἀλαλίαν τὴν ὑπὸ Λιγύων καὶ Ἰβήρων καὶ Τυρσηνῶν, διὰ Τυρσηνίας ἦν. Locus vitiosissimè conceptus, Rescribo. Διαβὰς δ' Ἴβηρα εἰς Λιγύην. & mox Ἀλαλίαν τὴν ὑπὸ Βαιβύκων καὶ Ἰβήρων. *Grassatus per Iberiam, in Ligyriam devenit, ubi Albion & Bergiones Neptuno prognati boves ipsius abigebant; quibus intermptis, Etruriam peragrabat.*

---

## LECTORI.

*Eus absolutâ demum aviti hâc Hyperboreorum historiâ, in medio cursu, vel magis principio cœpit operam abrumpere annotatorium. Cæsor partim integræ Bibliothecæ sapiens mihi negotium, partim includenda quadam Æstimis hujus avocamenta, sub cujus finem animus est pensum inchoatum perfolvendi. Memandas est, quicunque dictioni seria accingitur, ut primis ægrum pagellarum hîc vndi caret nec ssitatis.*

---

## ERRATA

Pag. B. 1. 2. lin. 4, 1540, l. 28, *Aeldæ*, p. 10, l. 16, *ἀπωμοτον*, p. 23, l. 22, annulos, p. 25, l. 20, *ευρετα*, p. 28, l. 14, *ἐπιφανεσι*, p. 37, l. 13, anatomen, p. 44, l. 5, pro Rostort. Cancuri, lib. I. 7 abundat, p. 45, l. 6, delinat, p. 47, l. 22, quumut, p. 48, l. 4, nollet, p. 51, l. 5, *ἀπωμοτον*, p. 52. l. 2. *de Aegeri*, l. 19. *Hist Promethei*, l. 30, *supinat* notâ Periodi delera, p. 53, l. 32, *iterum* addita Periodi nota, l. 35, Grandalandam, p. 55, l. 11, *Erhamni*, l. 28, Promethei, p. 56, l. 8, p. 64, l. 5 illigentia, l. 25, *dental*, l. 21, *de ferè*, l. 31, in p. 68, l. 6, Hyperbor. p. 69, l. 2, comparatus, p. 78, l. 27, posterioribus, p. 74, l. 15, *ἐπιθ' ἡσυ*.

FINIS